DISPVTATIO FRANCISCI PISCINAE

IVRECONSVLTI

CARMAGNOLIEN.

An ſtatuta Feminarum excluſiua porrigantur ad bona forenſia.



S. Andrea della Valle

IN MONTEREGALI, MDLXX.

Sumptibus Franciſci Dulcij, & Bartholomæi Galli.

CVM PRIVILEGIO.

ILLVSTRISSIMO ET AMPLISSIMO HEROI

Renato Birago ſupremo Regii Ciſmontani Senatus Præſidi, Secretioriſque Regii conſilii Conſiliario. &c.

FRANCISCVS PISCINA IVRISCONSVLTVS CARMAGNOLIENSIS FELICITATEM.

QVEMADMODVM Veteres Sacerdotes tribus potiſſimum de cauſis, (ſi Porphyrio credimus) Dijs ſacrificare conſueuerant, vt eos pie ac religioſe colerent, vt pro acceptis beneficijs gratias agerent, & vt eorum benignitate ad bene beateq; viuen-

 viuen-

viuendum necessaria consequerentur: Ita quoque in nuncupandis operibus plerique obseruare solent, vt eum sibi defensorem eligant, cuius authoritate tutus in publicum liber prodeat, cui pro suis erga ipsos meritis aliquas gratias referant, & vt ab ipso opem aliquando petant. Me verò, Heros magnanime, non hæ duntaxat causæ excitarunt, vt has lucubrationes meas tibi consecrarem, eisq́ te patronum adoptarem, sed etiam singulare quoddam animi mei studium, quo te mirifice complector, & cultu prope diuino prosequor, maxime coëgit: cupiebam præterea extare insigne aliquod meæ erga te obseruantiæ testimonium, teq́ memori & grato homini dedisse beneficia nõ obscura significatione omnes intelligere desiderabam. Tu enim (quo mihi nihil vnquam optatius & antiquius fuit) me in tuorum numerum adscripsisti.

Tu maleuolorum obtrectationes propulsasti: tu causam meam & dignitatem ab inuidorum iniurijs vindicasti. Sed cum multa & præclara in me beneficia contuleris, illud præcipue gratum et memorabile fuit, quod me in fidem & tutelam tradideris Ludouico Birago apud Cisalpinas Regiæ ditionis gentes Proregi, & Carolo eius fratri patruelibus tuis equiti quoque torquato, Sauiliani Gubernatori & cataphractorum militum Duci, viris, (vt summatim laudes eorum complectar) belli pacisq; artibus, & rebus præclare gestis clarissimis & illustrissimis. Quibus rebus effectum est, vt proxime & secundum parentes me tibi omnia & pij, & grati hominis officia debere existimem: Huc etiam accedebat, quòd magna me spes tenebat, fore, vt hanc operam meam æqui boniq; consuleres, & meus hic incultus libellus,

a Tirone adhuc, & anniculo iureconsulto delineatus, tuis auspicijs tutus prodiret in lucem, tuoq́ velut præsidio munitus vndique Zoilorum latratus petulantiamq́ pro nihilo duceret. Quandoquidem te propter heroicas & diuinas virtutes tuas, nemo nō suspicit, & veneratur. Quis enim vel multarum rerum cognitionem & eruditionem singularem nō summis laudibus efferendam putet? quis fidem eximiam, æquitatis studium, integritatem, & societatem illam cæterarum omnium Ciceroni difficillimam, grauitatem scilicet sine arrogantia, & cum pari humanitate coniunctam omni veneratione prosequendam, & omnium literis ac monumentis celebrandam non arbitretur? Prætereo animi magnitudinem, facundiam & vigilantiam inauditam, & alias animi tui dotes, quas epistolaris breuitas nō caperet: Quæ quidem

dem mihi ſæpe mecum accuratius reputanti, ita videntur in te vno conſpiraſſe, vt quæ multis ſæculis natura diſperſa vix ſingula ſingulis distribuit, ad nominis poſteritatem memoriæ conſecrandam, in te vnum ad ſummum ſuæ perfectionis faſtigium perducta contulerit, vt totus penè orbis in tui prædicationem raperetur; vt in te vnum omnium oculos conuerteres, teque velut aliquem de cœlo lapſum omnes venerabundi admirarentur, Itaque quoties te contemplor toties mihi videre videor, in vno homine Lælium, Catonem, Marcellum, Ariſtidem, aliosq́ id genus totius antiquitatis ſeueriſſimos & grauiſſimos rerum publicarum moderatores. Tu enim cùm in priuatis rebus gerendis, tum etiam in publicis tractandis negotijs ſummus ſemper habitus es, Tu optimus Senator, optimus Orator, optimus es Imperator, te

publici vsus & gloriæ nemo vnquam studiosior, te nihil vicit vnquam, te nec spes allicere, nec gratia flectere, nec authoritas frãgere, nullius denique causa, a recto vnquam dimouere potuit. Quo minus mirum est, te apud diuum Principem nostrum Carolum IX. Christianissimum Francorum Regem in tanto honore esse, vt post magnos dignitatis & magistratuum gradus, quibus cũ summa innocẽtiæ laude perfunctus es, speremus te propediẽ vsque eò prouoctum iri, vt iam quo progrediare nihil sit reliquum futurum. Læta igitur fronte, quæ tua est in omnes literatos humanitas & beneuolentia, libellum hunc accipies, & illi suffragium ac patrocinium tuum accommodare non dedignaberis: quem quidem ego in tuo nomine apparere volui, non vt legeres tu quidem, tot alioqui negotiorum fluctibus agitatus, & ad mul-

ad multo maiora & grauiora natus, sed tum vt tui nominis fœlici quodam omine & auspicio gratior emendatiorq́ exiret, tum vt mei propensissimi animi, & ardentissimorum meæ erga te voluntatis affectuum, vt paulo ante dixi, monumentum existeret sempiternum, Has primitias nostras si tibi non displicuisse sensero, dabo operam sedulam vt canescente pilo maturiores posthac, minusq́ acerbi ingenij mei fructus ad te perferantur: Cæterum illud memineris velim, non tam a Deo victimas quàm animos immolantium spectari: Nec minus sæpe litare, qui parua, quàm qui magna & luculenta numini obtulerint. Hoc autem munus nostrum exiguum illud quidem, sed ex magno animo, & tui amore flagrantissimo profectum esse. Vale vir Optime maxime, & si quo seruitij genere me tibi adesse posse cognoscis, impera

obsecro,

obſecro, me enim quamuis infra omnem mediocritatem in omni fortuna poſitum, ad omnia tamen mandata tua paratiſsimum, & amplitudini tuæ addictiſsimum mancipium experiere, & rurſus feliciſsime, & in vltimam vſque ſenectam vale Heros Illuſtris & Beneficentiſsime. Salutijs Calendis Decembris

1569.

BREVE TOTIVS operis Summarium.

1 VBIQVE fere locorum extant statuta feminas à successionibus excludétia. Quæstio illa, vtrum statuta hęc porrigantur vltra territorium cæteris difficilior & magis vtilis existimatur.

2 Statuta hęc odium vel fauorem contineant, an vtriusque sapiant. Eadem prout diuersos continent effectus, varias quoque patiuntur interpretationes. Interdictum vnde vi sit fauorabile, vel odiosum, & nu. 41. Præscriptio qualis sit, Item & fideicommissum.

3 Res vna diuersimode iudicari non potest.

4 Qui naturæ actûs non conueniunt, odiosi sunt. Eiusdem Naturæ dicuntur qui iuri cômuni aduersantur.

5 Inde quod iuri vniuersali concordat veluti fauorabilius attenditur. Idque multifariam hic exemplificatur.

6 Exclusio odiosa. Exclusio contra ius commune fit.

7 Communis est sententia statuta hæc fauorabilia non esse, sed contra. nu. 42.

8 Ideo stricte interpretantur, Ita enim in omnibus statutis obseruatur, fallit vt nu. 10. præsertim si iuri generali contraria sint. Maris & feminæ in successionibus apud Iustinianum nulla differentia.

9 Eadem ratione proprie verba eorum accipiuntur, Ab eisque secure non recedendum.

10 Statuta quando large declaranda. Materia suadente sæpe ab vniuersalibus iuris regulis recedi.

11 Iura hæc ad personas vltra expressas non amplientur. Idque in multis alijs dispositionibus custoditur. quanquam nedum testatoris vel alterius cuiusuis actus latam declarationem patientis.

Sed &

13 Sed & statuti dispositio de vno casu ad alium neq; dissimilem extendatur.

14 Etiam si de simplicium ad casus mixtos, vel improriorum ad proprios ampliatione tractetur.

15 Extensio tamen vbi maior ratio viget, etiam ad personas non nominatas in hisce iuribus fit. Huiuscéq; rei ratio hic subiungitur.

16 Quocirca filia per statutum exclusa, neptis ex ea non admittetur. Idemque attenditur in omnibus vltimis voluntatibus, quæ ita interpretantur, ne minus amati melioris conditionis magis amatis existant.

17 Et ne absurdum hoc exoriatur fideicommissum potius inducitur, aliaque plura hic enumerata singularia permittũtur, cõtra cõmunes iuris ipsius censuras

18 Nepos ex filia si mater eius repellatur, ad successionem non admittitur. Ratioque hic recitatur. Sola Principis concessione familiam matris filios assumere; Alij casus ponuntur, quibus filius filiæ prohibitæ inhabilis ad succedendum adiudicatur. Fallit tamen in vno casu, vt hic.

19 Callistratus iurisconsultus reprehenditur. Posteriores feminæ non magis prioribus familiæ honoris destructrices sunt, & nu.66. Feminarum descendentiam parentibus modicæ curæ esse.

20 Altera ratio quare nepotes ex filia priuata hæreditatis incapaces sint. Radix vitiosa fructum considerabilem non gignit. Origo cuiuscunque rei spectatur. Belli iustitiam ex eius initio dignosci.

21 Stante statuto bonorum in agnatione conseruatiuo neptis ex filio non succedit. Et quare. Idem ius esse in testamento quo agnationis fauor contemplatus sit.

22 Quod quomodo dignoscatur, multifariam hic ostenditur. Femina quando feudi capax.

Statuta

[illegible] Statuta huiuſcemodi quando ex eorum ratione extendantur. Conſtitutio pœnalis ſi in ea ratio incerta ſit, extenſionem recipere ſolet. Diſpoſitio non dicitur extendi, quando in ea ratio eſt deſcripta, & multipliciter hic exornatur, & nu. 25.

24 Legibus impoſsibile eſt omnes caſus complecti. Exceptionum prohibitione friuolæ tantũ continentur.

26 Legis cauſa virtus eius eſt, & copioſe hic alia de Rationis potentia.

27 Ratio legis etiam tacita modo vnica ad caſum non diſsimilem diſpoſitionem trahi facit.

28 Idque etiam in materiis odioſis & correctoriis.

29 Idem eſt in actu cauſam exprimi vel eam ſolam eſſe, Et quæ tamen ſit, in re hac differentia, hic recẽſetur.

30 Iudex arbitratur quæ poſsit eſſe legis cauſa, in qua poſita non eſſe legatur. Hicque prauorum Aduocatorum mos reprehenditur. Turpe eſt graui viro cauillationibus indulgere.

31 Iudicis in dubio in ratione legis diſcernenda, quod nam ſit munus.

32 Statuta a viris excellentiſsimis fieri exiſtimantur. Et pleraque hic exempla ſubiiciuntur. Prudentis enunciatio quomodo interpretanda ſit.

33 In ratione legis perquirenda, iudex ne decipiatur ad naturalem rationem præcipue attẽdere debet, hicque eius innumeræ virtutes enumerantur. Æquitas & naturalis intuitus nullis locorum, vel temporum limitibus clauduntur.

34 Æquitate plurima concedi etiam aduerſus iuris communis regulas. Sed qualis æquitas eſſe debeat hic edocetur. Necnon et conſcientia. Iudex ad veriſimilia ſpectare debet.

35 Plures non etiam vnica rationes cuiuslibet actus eſſe præſumuntur, itaut contrarium affirmans eius probandi onus ſubire teneatur. Agnationis propagatio

ſola

ſola eſt horumce iurium ſingularium cauſa & nu.46. Et ideo ab ea etiam non expreſſa infertur,& num 36. vbi quid expreſſum ſit,diffinitur. Decius & Cephalus inconſtantia notantur.

37 Bartolus & qui ei hic ſubſcripſerunt, reprehenduntur. Omnis homo peccat.

38 Extenſionis materia Dedaleo labyrintho comparatur. Nulla eſt certa extenſionis tractatus ſcientia. Extenſio ex quibus præcipue fiat.

39 Statuta feminarum a ſucceſsionibus excluſiua ex magis communi opinione iuris interpretum vltra territorium non porriguntur. Et quare id ſentiant, hic exemplificatur.

40 Feminarum in multis deterior quàm maſculorum ſtatus. Conſtitutiones has odioſas non eſſe ex Baldo,& aliis ac validiſsimis fundamentis demõſtratur.

41 Interdictum vnde vi,ſtatutum in contractu minoris conſenſum requirens,& ſenatuſconſultum Macedonianum,fauorabilia,an odioſa ſint.

42 Conſtitutio quando de fauore & odio participare dicatur. Verius eſt diſpoſitiones haſce excluſiuas fauorabiles proſſus eſſe.

43 Quale quid ſit ex interna & principali diſponentium mente dignoſcitur.

44 Idem fere hic repetitur. Et exemplo S. C. Velleiani declaratur. Duo capita ſtatuta hæc non habent,contra id quod vulgo circumfertur.

45 Alexandri,Cornei,Rubei,Curtij minoris, & Cephali diſtinctio hic poſita ab auctore reprobatur. ſtatuta affines litigantes compromittere cogentia fauorabilia ſunt. Non tamen forenſes ligant. Etiam pro bonis in ſtatuentium territorio poſitis Cephali conſideratio reprobatur. Feminæ non aliter excluduntur, quam ſi dotatæ ſint & nu. 149. Dos loco legitimæ ſuccedit.

Familiæ

46 Familiæ ſplendor eſt præcipua ratio omnium diſpoſitionum feminas a bonorum ſucceſsionibus excludentium· Quanquam Socinus contrarium voluerit, quod receptum non eſt. Et cauſa hæc Reipublicæ eſt maxime commoda. Inde fauorabiliſsima omnium iudicatur.

47 Quam etiam ob cauſam plura ſingularia introducta ſunt & nu.73. primoque alienationis prohibitio tametſi odioſa ampliatur tamen ex ea ratione quod bona in familia remaneant.

48 Diſtractio extra domum inhibita, alias in filiam permiſſa non conceditur extantibus his ſtatutis, aut iubente teſtatore bona familiam non egredi.

49 Fideicommiſſum quanquam odióſum, vt hic copioſe declaratur, inducitur ex ſola alienandi prohibitione, quando diſponens facultates in agnatione manere decreuit.

50 Licet regulariter vltra alienandi prohibitionem & fideicommiſsi inductionem contrauentionis actus requiratur. Et quare hic id fiat deſcriptum hic eſt.

51 Fideicommiſſum non ſolum propter illam rationem ex ablata alienandi poteſtate exoritur, ſed etiam ampliatur. Cuius poſtea genus contra antiquam natura non amplius odioſum vocatur.

52 Prælegata quando cũ reliquo hęreditatis reſtituãtur.

53 Ex eadem cauſa ſubſtitutio de perſona in perſonam protrahitur.

54 Falcidia & Trebellianica non detrahuntur ex his bonis, quæ in familia permanere teſtator voluit. Decius Natta & Alexandrinus in locis hic allegatis male conſuluerunt. Detractionem duarum quartarum a filio primi gradus omnimodo fieri, eſtque approbatiſsima ſententia. Iulij Clari diſtinctio deſtruitur. Iubente teſtatore totam vel integram hęreditatem reſtitui, an cenſeatur prohibita detractio quadrantis ex Senatuſconſul-

tuscõsulto Trebelliano debiti. Verborum omnibus modis potentia. Authen. sed & in ea C. ad leg. falcid. in filijs primi gradus locum non habet.

55 Fideicommissaria substitutio quando in quarto gradu non restringatur.

56 Prohibitio hæredi nominatim facta, quando ad heredem hæredis porrigatur.

57 Filij positi in conditione ad dispositionem vocati esse censentur, vbi masculinitatis mentionem testator facit, & ad agnationis splendorem respectum habet. estque magis crebra sententia. Itaut errent, qui contrariam receptiorem esse testantur. Doctores & supremos senatus in controuersia hac, non solum inuicem pugnare, sed etiam sibi ipsis non constare. Auctoris in articulo isto opinio. Hæreditatem ab intestato ex legis dispositione transferri.

58 Regula quod ad hæredes fideicommissum conditionale non transmittitur, limitatur propter adiectam fideicommisso causam familiæ conseruationis. Intransmissibile naturam suam ex mente testatoris etiam coniecturata mutat. Coniectura autem quæ probabilis dicatur, iudicis arbitrio relinquitur,

59 Pluribus sub nomine collectiuo vocatis primo admisso cæteri repelluntur. estque magis communis opinio: Etiamsi a testatore inuicem hi substituti fuerint. Fallit tamen vbi his testator agnationis decus contemplasset, fideicommissum enim tunc videretur inductum.

60 Reciproca substitutio quando inducatur inter plures, post quorum mortem alter vocatur.

61 Feudorum alienatio regulariter irrequisito Domino vetita conceditur, modo agnationis honori consultum eat, vt puta si in proximiorem agnatum fiat. Feudorũ in regno Franciæ libera administratio. Et quare & latius nume. 64.

62 Femina quare ad feudum non aspiret. Clericus ad feudum quare non admittatur.

63 Comitatus, Marchia, & Ducatus, Regales dignitates, vt familiæ dignitas salua sit, diuidi non solent. Ita vt nec etiam legitimam ex Regno vel Ducatu accipi posse receptum sit. Dignitates non scinduntur, ne per diuisionem diminuantur. Multos regnare malum est. Et quare, & alia his similia hic cumulãtur.

64 Cain & Romulus quare fratres interfecerint.

65 Fidem imperandi causa licite violari. Nullam sanctam fidem in regno reperiri. Fides seruãda. Etiam hosti. Idque quocunque tempore.

66 Feuda dignitatum ex consuetudine multarum regionum diuidi.

67 Feuda in Gallia ad instar paganicorum redacta. Præsertim in Delphinatu & Sabaudia, quin etiam vbique vltra montes. Necnon in Regno Neapolitano. Nec ibi emphytheosis diuersæ naturæ iudicatur. Sed an id indifferenter in omnibus feudis procedat, remissiue hic ponitur.

68 Primogenitura multis abundat priuilegiis. Et ei omnia iura fauent. Fauorabilisque dicitur. Ratioque hic subiungitur. Et quando præsertim id procedat. Primogenitura quando odiosa & quando rationabilis.

69 Non minus posterioris quam primi gradus agnati masculi agnationẽ conseruare possunt. Sicut econtra non magis remotiores quàm propinquiores feminæ eam euellunt.

70 Ratio quare primogenito solo domus opes pertineant ex Castrensi hic assignatur. Aequitas non suadet omnia patris bona ad vnum ex filiis solum deuenire, id tamen toleratur propter vtilitatem inde emergentem. Quæ autem sit illa vtilitas hic remissiue dicitur. Sine culpa tametsi non sine causa in

ſure quis aliquando iure ſuo priuatur.

71 Cauſa legitima dicitur, quæ publicam cauſam concernit. Princeps ex cauſa alicui rei ſuæ dominium aufert.

72 Obſeruanda ſunt a iure introducta, tametſi rigoroſa: Lex dura cuſtodienda. In ſtatutis authoritas ſæpe pro cauſa ſupplet. Receptiſsimum apud omnes eſt, ſtatuta hæc valere. Conſtitutiones inter fratres factæ, vt feminæ non ſuccedant, non ſolum valent, ſed etiam ſtatim obligant.

73 Retractus fauorabilis eſt. Et quare. Statutum in dubio potius fauorabile quàm odioſum iudicatur. Sententias ponderandas non numerandas. Retractum fauorabilem eſſe quomodo accipiendum Conſuetudo retractus fauorabilis eſt, & ad bona vltra territorium porrigitur.

74 Statuta quibus minor teſtari prohibetur, & coniuges ſibi inuicem donare non poſſunt, fauoris plena ſunt. Ratioque adducitur.

75 Legitimorum hæredum & filiorum appellatione in hiſce iuribus ſingularibus maſculi tantum agnati continentur: Ex coſuetudine Aluerniæ appellatione liberorum (quos Galli vocant enfans) maſculi tantum comprehenduntur. Nec ſolum id procedit ſi in ſtatuto filiorum mentionem fieri contingat, ſed etiam ſi dictio hæc a teſtatore proferatur, vbi conſtitutiones hæ municipales vigeant, quia & tunc maſculi tantum vocati eſſe cenſentur. Idem ius eſt in feudis & emphyteuſi. Eſtque communis ſententia. Nec diſsimiliter obſeruatur in contractibus celebratis in loco vbi ſimilia ſtatuta ſint.

76 Diuitiæ ad agnationis propagationem plurimum videntur eſſe neceſſariæ, & quàm in cæteris omnibus rebus valeant, multipliciter hic & locupletiſsime enarratur, pluresque cumulantur textus, quibus pro-

probatur nobilitatem ipsam sine facultatum ope sordescere.

77 Quæ mala ex mulierum succesionibus proueniant. Interest reipublicæ subiectos suos fore locupletes.

78 Statuta prohibentia forenses acquirere, fauorabilia sunt. Regia ordinatio qua extraneis beneficia habere non licet, fauorabilis est.

79 Fauor publicus secundario, & priuatus principaliter hic diffinitur. Idem subiectum contraria duo non patitur. Actus liberam disponendi facultatem coarctans odio caret.

80 Vtilitas, quæ secundario publica dicitur, præponitur ei, quæ priuata principaliter vocatur. Publicum commodum priuato prorsus præferri. Nisi priuata vtilitas per se maior publica sit.

81 Facultas distrahendi ex arbitrio nostro vt plurimum pendet. Cui ita tribuendum non est, vt reipublicæ perniciosum sit, eiusque commodum impediat.

82 Statuta quibus disponitur, Vt certa saltem parte anni ciues in ciuitate habitare teneantur, odium an magis fauorem contineant.

83 Iura municipalia alienationes in forenses fieri prohibentia latam admodum recipiunt interpretationem, contra Cephal. & alios ab eo allegatos in locis hic citatis. In publicum fauorem introducta extendenda esse, etiam si directo fauor ille non intueatur.

84 Dispositio semifauorabilis ampliatione iuuatur. Præsertim si ex publica vtilitate fauor ille causetur. Etiamque id procedit in materia pœnali & hic exemplum subiungitur. Cephalus in re hac varius.

85 Proles præcipuus nuptiarum finis. Et principalis causa priuilegiorum dotis quid obseruent magnates in restitutione dotium. Dotes ob onera matrimonij constitui. Matrimonium morte dissolui.

Onerum causa cessante, cessare quoque debere, quod illorum causa statutum est. Pater filiam alere, & dotare tenetur. Dos loco alimentorum succedit. Maritus & vxor quando inuicem succedant. Et de Romuli tempore quid in eorum successionibus obseruaretur. Statuta dotium lucra coniugibus superstitibus tribuetia, quare odiosa sint, hicque noua ratio adducitur. Carolus Molineus laudatur. Ordinatio regia hic posita qualis sit.

86 Franciscus & Hieronymus Purpurati pater & filius hic aliquantisper laudantur. Multi antiquorum conquerebantur filios habere. Aymo Crauetta laudatur.

87 Potiorem litium partem ex dotium materia prouenire. Reipublicæ interesse lites dirimi.

88 Euellendas leges populo præiudiciales. Principis est vasallos iuuare, eorumque vtilitati studere. Et multis modis hic exornatur. Galliarum Regum Christianissimorum in subditos pietas. Beatam esse prouinciam cui nobilis Rex dominatur. Francorum Reges nobilissimi & nobilitatis Principes. Serenissimorum Regum Franciæ imperium summa est libertas.

89 Effectum intentioni disponentium contrarium actus operari non debent.

90 Dotium priuilegia infinita. Dotium constitutio modo reipublicæ commodo contraria. Mutatione temporum, leges quoque diuersificandas & nu. 88. de vno tempore ad aliud non inferri. Tantillum facto, ex quo ius oritur, mutato, ius quoque nouum constituendum esse.

91 Quæcunque rebus firmis manentibus, stare interpretantur.

92 Natura nouos quotidie casus format. Quare permissum sit omnibus populis ius sibi statuere. Leges

omnes

omnes non sunt omnibus locis accõmodatæ. Nihil tam perfectum est, quin aliquid ei deficiat, & quin dubitationem patiatur. Hicque contra malos leguleios inuehitur author.

93 Iure Mosaico & Digestorum sexus in succedendo erat differẽtia, quę de iure Codicis sublata est nu.91.

94 Curtij inconsideratio. Fauorabilis dicitur dispositio, qua ius commune renouatur.

95 Quod quomodo procedat hic declaratur. Statuta Feminarum exclusiua æquitate non carent. Mares potiores ingenio & robore ipsis mulieribus. Hicque non insipide infertur. Ciuilis iuris dispositio, non etiam ratio naturalis discernit fauorem ab odio in omnibus actibus. Succedendi modus ex mero legislatorum arbitrio dependet, indeque hic pulchre ad rem argumentatur.

96 Iudicialia antiquæ legis præcepta non ligant, nisi quatenus lege noua expresſim approbata sint.

97 Statuta ista feminarum exclusiua, quia fauorabilia sunt, communi vtilitate ita suadente latiſsime interpretanda sunt. Sicut ratione publici commodi statuta ampliantur, ita eadem ratione requirente restringuntur. Interdictio bonorum prodigo facta, quia odio caret, vbique ideo porrigitur. Idem operatur statutum, quo bona defunctæ mulieris marito lucrari licet. Reprobatur Rolandus Vallensis qui contrarium tenuit & num.106. in fine Purpurati. Ratio a communi sententia improbatur. Constitutiones hasce municipales bona masculis agnatis tribuentes ad bona vltra territorium posita extendi.

98 Licet statuta de bonis in alieno territorio positis disponere principaliter non posse videantur, ex variis rationibus, quæ hic subnectuntur, possunt tamen in consequentiam, idque ex trita iuris regula, qua multa immediate denegantur, quæ mediate fieri permit-

mittuntur.

99 Poteſt ſtatutum perſonas ſibi ſubditas habilitare, & inhabilitare, quæ habilitatio vires ſuas vbique locorum extendit. Perſonis bona accedunt,& eiuſdem natura fiunt, non econtra & nu. 112.

100 Odioſum ſubiectum ad id quod acceſſorium eſt, vbicunque protrahitur.

101 Hæreditas ius vniuerſale. & nu. 143. in fine. Vbi agitur de iure vniuerſali, diuerſitas locorum non eſt in conſideratione.

102 Duplex patrimonium in priuata perſona non conſideratur.

103 Teſtatus quis & inteſtatus partim decedere non poteſt. Regula ius conſtituit. Regulæ ſtandum donec contrarium edoceatur. Iudicem in dubio ſecundum regulam iudicare debere.

104 Permittere lex poteſt vt pro parte teſtatus, & partim inteſtatus quis moriatur Tex in l. in ſubſtitutione. ff. de vulg.& pup. ſubſt enucleatur. Teſtantium voluntates omnimodo cuſtodiendæ. Reipublicæ intereſt teſtaméta ſuſtineri. Iuris correctio toto poſſe fugienda. Correctio non niſi expreſsim & nominatim fit.

105 Declarantur tex. in l. quanquam C. de teſtam. in l. ſi miles vnum & in l. ſi duobus ff. de milit. teſtam. & alij hic citati.

106 Item & tex. in l. ſi ſolus ff. de acquiren. hæred. poſt Cagnolum hic nominatum.

107 Quomodo regulæ derogandum ſit, & quæ requirantur nu. 105.

108 Adrogatus & miles teſtati partim & partim inteſtati decedunt, quod qualiter procedat inferius declaratur. Ex diuerſis non inferri. Pariſicare caſus non ſufficit, niſi pariſicationis cauſa quoq; redatur. Multipliciter res accipitur, ſi multiplices ſimul con

cer

cernat effectus.

109 Filia ex pacto vel testamento succedere prohibita ad nulla bona, vbicunque locorum posita sint, admittitur. Statuta & vltimæ voluntates eandem recipiunt interpretationem, estque communis opinio, quidquid sibi contrarius Baldus scripserit. Valet argumentum de statutis ad vltimas voluntates & econtra.

110 Alexandri & Tiraquelli sententia euertitur. Statuendi potestas territorio clauditur. Consuetudinem localem esse. Exclusio iuri communi contraria est. Statuentes non minus de subditorum bonis quam testatores de propriis disponere valent.

111 Disponentes censentur voluisse conformare eorum actus cum iure quod apud eos est, etiam quoad forensia bona. Item & verba impropriando. Testamentum filiæ ex statuto exclusæ præteritione non rumpitur, rei cuius duplex ex Cephalo remissiue ratio ponitur.

112 Sententiæ executio etiam in bonis alterius iurisdictionis fit. Statuta vim sententiæ diffinitiuæ habet. iudicis decretum in alterius territorium effectum suum extendit. Dispositio principaliter ob personas facta, quæcunque bona, vbicunque sint ad se trahit. Statuta non minus cohærent territorio, quàm ipsa iurisdictio. factum legis & iudicis æquiparantur. Statuta fortiora iudicatis. Minor testari prohibitus, de nullis prorsus bonis disponit.

113 Tutoris constitutio, territorio non clauditur, quod inferius hic limitatur. Tutores principaliter personæ dantur. Alexandri & Tiraquelli euersa doctrina. Exclusio feminæ a bonis sitis in alieno territorio, an fiat principaliter, an vero in consequentiam personæ statuto subiectæ.

114 Principaliter tantum quod fit, attenditur. Princi-

paliter quando quid dicatur fieri. Agnatio quomodo principaliter conseruetur. Intellectus l. prima §. quamuis. ff. de inspicien. vent. Personis bona subiecta. Personarum causa omnia iura, imò cætera quæcunque facta sunt. Inanis est effectus inuestigatio, nisi prius id quis sciat, cuius causa effectus inducatur. Ex aura nemo viuit.

115 Bartoli distinctio redarguta. Alexandri instabilitas. Statuta hæc, an principaliter disponāt de ipsis rebus, an vero de personis.

116 Actus alicuius contemplatione factus, directus ei esse censetur, tametsi aliquando aliud verba suadere videantur, hicque alia adducuntur rei huic conferétia.

117 Verborum grammatica in statutorum interpretatione, in consideratione non est. Sed statuentium mens tantum perpenditur, & nu. 125. Idem in legum donationum, fideicommissorumque declaratione, etiam si ea tantū coniecturis eliciatur, attenditur.

118 Quin etiam in omnibus actibus, etiam si stricti iuris sint.

119 Inde in mandato, quod est stricti iuris, magis mens mandantis, quàm mandati verba suspiciuntur.

120 Idem in rescriptis. Rescripta strictius quam statuta interpretantur.

121 Ius non dissimile in priuilegijs principum manet.

122 Atque in consuetudine. In legatis. In capitulis pacis. Et in iuramento.

123 In sententia. Sententia contra iudicis intenionem operari non debet. Sententiæ declaratio ad iudicem pertinet.

124 In contractibus. Idem quod supra.

125 In testium dictis.

126 Vis actus in verbis non est, sed in ratione & mente. Quod hic declaratur quomodo accipiendum sit.

127 Verborum potius quam intentionis læsionem admitten

tendam. verba impropriari, vt voluntati deseruiāt.

128 Interpretationem eam accipi, quæ pleniorem dispositionem facit. Statuta interpretantur vt prosint his in quorum fauorem fiunt. Quanto minus femina habet, tanto magis agnationis decus propagatur. Testamentum interpretatur, vt quo minus posibile sit, hæredem afficiat. Testamenti verba in agnationis commodum interpretantur, si eam præ oculis testator habuit.

129 Pro familiæ conseruatione opes necessarias esse. Thesauri a patre liberis quærendi sunt.

130 Dos loco portionis ex statuto præstandæ succedit. Filia per statutum exclusa ad supplementum legitimæ non agit, etiam si id expresim statuto non caueatur & nu. 145.

131 Receptisima est apud omnes opinio, legitimam per statutum in totum auferri posse, Constitutio contra ius naturale, modo aliqua causa munita, tenet. Familiæ conseruatio iusta causa appellatur. Ob quam filiam legitima priuare patri permittitur.

132 Fundaméto destructo, omnia superædificata corruũt.

133 Statuere est iurisdictionis, declaratur vt infra. Iurisdictio causa est efficiens statutorum. Iurisdictio territorio regulatur. Fallit vt proxime subsequitur. Statuẽdi actus potius permisionis quã iurisdictionis est. Iurisdictionis appellatione quid veniat. Alberti Bruni lapsus. Consilium totum populum repræsentat. Populus iurisdictione carens statuit super rerum suarum administratione, etiam sine superioris licentia. Nõ entium nullas qualitates esse.

134 Rolandi a Valle error. Statuta exclusiua porriguntur ad bona cuiusq; territorij, si id expresim dicãt.

135 A loco ad tempus, & a re ad tempus, viceque versa argumentari licet. Filia semel exclusa, perpetuo exclusa manet. Itaut ei postea mors masculi superuenire

niens non patrocinetur.
136 Pœnalis dispositio, nisi aliud expressim cautum sit, perpetua est. Idem de immunitate alicui concessa, & interdictione a postulando alicui facta iudicatur. Dictiones semper, perpetuo, quandocunque, & similes, quid inferant.
137 Feminæ quando non semper, & perpetuò excludantur per statuta hæc illarum, a successionibus exclusiua. Femina quando feudo succedat.
138 Filia renuntians hæreditati paternæ ob masculos, illis mortuis ad succesionem admittitur. Exclusionis causa cessante, cessat exclusio. Ad tempus prohibita, post illud videntur esse permissa. Idque ampliatur vt hic.
139 Ad exclusionem sufficit, quod momento apud masculos hæreditas permanserit. Estque cõmunis opinio vt infra nu. sequenti. Exclusio ob aliquem casum causata durat. Etiam casu illo non durante.
140 Glo. in c. primo, §. quinetiam in verbo non admittitur, in titu. episcop. vel Abba. & c. reprobata. Esse non videtur quod parum durat, hicque plura exempla connectuntur. Momenta in his, quæ momenti sunt, plurimum operari, hicque nonnulla exempla re citantur scitu digna.
141 Tex. in l. posthumus præteritus ff. de iniust. rup. & irri. fac. testam. enucleatur. Dispositio huius legis singularis. Tex. in l. hac consultissima, §. si quis autem testamento, C. de testam. & alij hic citati notabiles sunt. Ex duobus testamentis in dubio quod valeat.
142 Temporis modicitas quando non sufficiat ad exclusionem. Ante septimum vel octauo mẽse natus non viuit. Paria sunt partum mortuum esse, vel viuum quidem sed intempestiuum. Posthumi ante septimum mensem nati agnitione testamentum non rumpi, estque ab omnibus receptum, excepto Decio sibi con-

cõtrario. Quod ampliat Cephalus, etiam si is posthumus baptizetur.

143 Ratio generalis generalem dispositionem efficit. Generalem sermonem non restringi. etiam in materia pœnali & odiosa. Idem in statutis fit. Prę sertim vbi disponentium voluntas, expressim non refragatur. Ex Neapolitani feminarum exclusiua Regni consuetudine in bonis vltra districtum positis feminæ succedunt.

144 Natura verborũ dispositiones interpretatur. Odiosus actus late declaratur, quatenus verborum proprietas suadet. Et exemplum hic ponitur, in priuilegijs, in dispensatione, in materia pœnali, & correctoria.

145 Dictio nihil, quid possit. Qui totum dicit, nihil excludit. Dictionis quicque potentia. Bonorum appellatione quid contineatur. Hæreditatis significatio vniuersitatem demonstrat.

146 Verba non possunt, abnegatiua omnis potentiæ. Negatiua præcedens verbum potest, quid operetur.

147 Clausula quod sit mulier dote contenta, an valeat ad eam etiam excludendum a supplemento legitimæ. In Marchia Salucien. non est dubium feminam dotatam a quibuscunque bonis excludi, vel saltem ab his, quæ in Marchia ipsa posita sunt.

148 Pro constituto haberi, quod verisimiliter contrahens, aut legislator interrogatus respondisset, vnum volens, & id quoque, sine quo antecedens commode fieri non potest voluisse censetur. Doctrina glo. fina. in l. tale pactum §. fina. ff. de pac. in quacunque materia locum sibi vendicat.

149 Conclusio operis. Facile a communi sententia, quæ lege non probetur, iudicem recedere posse. Testi vario vel falso non credi. Communis sententia ex quibus proprie constituatur. Communem opi-

opinionem non attendi, vbi contraria melior est. Etiam si imperatorem à communi stare proponatur.

150 Iuuenes sæpe senibus præstantiores esse. Adolescentis responsum ad exemplum Pauli & Iuliani non esse spernendum Iurisconsulti munus. Doctorum consuetudo auium moribus similis est.

151 Statuti priuilegio quem non frui, nisi eius qualitates prius per eum adimpletas fuisse, ostendat. Feminam a succedendo non excludi, nisi dotetur, etiamque si nuncupatim statutum id non dictauerit. Femina indotata non dicitur, si per eam steterit quominus dotaretur. Maritus dotem lucrans si vxorem cognouerit lucro non priuatur, si per eum non steterit, quominus vxor cognosceretur. Femina hæres instituta, si Titio nupserit, conditioni nõ paruisse non dicitur, si per Titium steterit, quin eius vxor fieret, hicque alij tex. citantur ad rem non impertinentes.

152 Operis peroratio. Sapientis est in melius mutare consilium. Eruditio celeriter incrementum non capit. Tironi in militia erranti ignosci. Nullus liber est tam malus, quin aliquid habeat boni.

DISPVTATIO FRANCISCI PISCINAE *Iureconsulti Carmagnoliensis.*

An statuta feminarum exclusiua porrigantur ad bona forensia.

1 F*REQVENTES & vbique in iudicijs nascuntur controuersiæ super statutis mulieres ab intestato succedere prohibentibus, cum in fere omnibus Italiæ locis, ea (diuersimodè tamen) obseruentur, ueluti Bald. scribit in l. cum lege, nume. 4. C. de episcopis & cleric. in l. ultima, nu. primo, ibique Castrensis. C. de suis & legit. liber. Ias. in §. actionũ, nu. 220. Instit. de actio. Curt. Iun. in l. certum, nu. 4. in princ. C. unde legit & in consi. 105. nu. 26. cumulatissime Portius in consil. 116. nu. 5. & in hac Marchia Saluciarum extat amplissimũ huiusce materiæ decretum, factum de anno 1513. a Michaele Antonio tunc Marchione: Inter cæteras tamen quæstiones, quæ ex eisdem statutis subo-*

riuntur, illa, an vires suas ad bona ultra territorium posita porrigant; non minus disputabilis & difficilis quàm utilis & pulchra reputatur, vt affirmarunt Albertus Brunus in tracta. statu. exclus. fœmin. octa. artic. princip. quæstio. viges. quin. Georgius Natta in eiusdem materiæ tractatu quæstio. nona quar. quæstio. princip. in princ. & Ioannes Campezius in eodem tractatu quæstio. quadragesi. nona in princ.

2 *Pro cuius cōmodiore & faciliore scientia, illud primo trutinādum, non esse ab re puto, num leges hæ municipales, odiosæ, vel fauorabiles sint, an uero mixtæ, vt quibusdam visum est, partim scilicet fauorabiles, quatenus per illas bona in agnatione custodiuntur, vulgata l. prima. §. quamuis ff. de inspicien. uent. cum aliis infra citandis, odiosæ uero, cum feminæ, excludantur absque delicto culpaue earum, Paul. de Castro in d l. ultima, nu. primo. C. de suis et legit. liberis, & in l. qui exceptionem, nu. 4. ubi Ias. nu. primo uersi. alibi tamen idem Baldus. ff. de condic. indeb. ubi hanc sententiam magis receptam esse testatur, idem uoluit Dec. in l. 2. nu. 5. ubi And. Alcia. in uerbo extranei. C. de in ius uocan. et Soc. Iun. in consil. primo, nu. 46.*

lib.

lib. primo cũ alijs allegatis per And. Tiraquell. in præfat. tracta. de retrac. consang. nu. 64. & per doctissimum uirum præceptorem meum, a quo præsentatus fui ad lauream assumendam in Monteregalensi Gymnasio anno 1565. die prima Decembris, dominũ Iacobum Menochium in primo remed. recup. possess. nu. 34. Cum enim diuersos respicere uideantur effectus, eas duplici iure iudicari, ius prohibere non uidetur. l. si quis præferendum. §. si unus. ff. de furt. l. miles. §. pro parte, de legat. 2. cum alijs per Tiraquel. aggregatis in d tract. de retrac. consang. §. primo. glo. 18. nu. 23. in §. 8. glo. 5. nu. 14. uersic. nec inconueniens est, & in nona l. connub. nu. 157. & per Menoch. in loco, quem paulò ante citauimus nu. 36. & in 6. remed. num. 11. super quæstione illa, an interdictum unde ui, quo quemlibet sua possessione spoliatum ante omnia reintegrari cauetur, sit fauorabile, odiosum nec ne, siue mixtum, ceu Berous quem ibidem refert nu. 33. putauit in cap. primo, nu. 19. extra de restitut. spoliatorum: eodem modo præscriptio inæquali lance posse considerari uidetur, cum partim in bona fide præscribentis fauorem, & partim in odium ius suum prosequi negligentis, in-

troductam esse, textus significet, in c. placuit il 2. uersic. hæ præscriptiones 16. q. 3. cum alijs iuribus allegatis per Tiraquel. in tract. de præscriptio. §. primo, glo. 7. uersic. hanc meam sententiam: similiter fideicommissum, licet respectu hæredis grauati cẽseatur odiosum, respectu tamen uocati & testatoris, de cuius uoluntate et hæreditate tractatur, fauorabile esse dicitur, Non insulse Gribaldus inter resp. Iacobi Portij consi. 40. nu. 22. & sequentibus.

3 *Superior tamen allegata sententia Decio displicet in d. l. 2. C. de in ius uocan. alibiq; et alijs non paucis, uolentibus fœminarum hæc exclusiua statuta ratione diuersa interpretanda non esse, per regulam l. eum qui ædes. ff. de usucap. iunctis ijs, quæ mox cumulabimus: Decium Tiraquellus cum alijs ab eo relatis amplectitur in procem. d. tracta, de retrac. consang. nu. 65. quæ opinio uerior est, Cephal. in consi. 256. num. 14. Port. in consil. 183. nu. 30. & infra uidebimus, licet per superiora ex d. l miles. §. pro parte. ff. de legat. 2. eam Gomes. destruere conetur in §. pœnales, nu. 35. Instit. de actio. quem supra citatus Menoch refert.*

4 *Alijs uero huiuscemodi constitutionum genera,*

va, odiosa, ut pote quasi Naturæ oppugnantia, visa sunt. §. nostra constitutio Instit. de exhæred. liberor. §. uetustas, Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. cæterum, uers quia de causa, Instit. de legit. agnatorum success. §. cõsideremus in fine, in authen. de trien. & semisse. Secundo quoq; quia iuri communi contraria. l. quod uero contra. ff. de legib. l. 2. C. de noxal. actio. l. aduersus. C. de nup. cum cumulatis per Tiraquel. in d. præfat. de Retrac. consang. nu. 62. uersic. simulq; odiosum est, et per excellentiss. dominum meum dominum Aymonem Crauettam in consil. 159. nu. 8. in consil. 170. nu. 3. in cõsi. 173. nu. 3. & in respon. pro Genero nu. 70. ubi alios addit, quos prolixitatis fugiẽdæ ratione tacemus.

5 *Nimirum igitur si uti fauorabilius spectatur quod iuri communi concordat Felin. in c. cum omnes, nu. 8. de constit. Tiraq. in l. si unquam, in uerbo libertis, nu. 35. in fine. C. de Reuoc. donat. fauorabilisque dispositio dicitur per quam ius commune non lædimus. Craue. in d. consil. pro Genero nume. 49. in princip. & 83. Inde etiam ea interpretatio præualet, per quam minus quàm possibile sit, a iure generali recedimus l. patronus. §. si quis cum esset. ff. de bon. liber. l.*

constitutionibus, ibique Bart.ff.de municip.c. in nostra, de iniur.glo.in l.damni la prima.§.si is qui vicinas, in uerbo aliquas.ff.de dam.infec. Craue super quaestio.statu. Ferrarien.nu.25.in consil.236.nu.9.in consi.259.nu.8.& in d.cõsi. pro Gene.nu.48. Rolan.a Valle in consi.29.nu. 35.lib.primo.Cephalus in consil.126.num.8.& Menoch.in dec. quin. remed. recup.possess.nu. 268. Huc quoque spectat odio dispositionem carere, quae ad communia iura nos reuocat, & reducit, eò quod ad pristinam rei naturam difficilis non sit conuolatio.l.si unus ex argentarijs.§. pactus ne peteret, uersic. quod & in specie, ubi Barto. & Iason nu.6.ff.de pact.c. ab exordio, vbi glo.antepenul. distinc.35.glo. vulgaris & famigerata in c. statutum in verbo numerandam, de praeben.in 6. Afflic.decisio.282.nu.10. Tiraquel.in d.proœm. de Retrac.cõsang.nu.58. uersic.ex quo illud, & de Retrac. conuentio.ad finem tituli nu.80. Bello.in cõsi.2.nu.15.& 16. Craue.in consi.135.nu.38.& Cephal.in cõsi.77. nu.7.in princ. Quo casu latissime uerba interpretentur, Abb.in c.cum dilectus, nu.6.de consuet.Dec.in c.causamq; nu.5.in fine, de rescrip. & idem Craue.in d.respon. pro Gene. nu.370.

& se-

& sequentibus, quam etiam ob causam subiungit ille, extensionem in correctorijs prohibitam c. quæ a iure, de regu. iur. lib. 6. notatur abunde in Clem prima, de elect. lib. 6. permitti, quoties extendendo ius commune renouatur, glo. in d. c. statutum, in uerbo numerandam, Ias. in l. properandum, in princ. nume. 27. C. de iudic. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. 4. notab. ff. de pact. & in Auth. quas actiones, nu. 24. C. de sacros. eccles. scite admodum. Curt. Iun. in consil. 102. nu. 5. & alibi cum alijs innumeris apud Tiraq. scriptis in tracta. de iure primog. quæst. 24. nu. 6 & in tracta. cess. cau. par. prima, nu. 187. quibus insuitur. Craue. in consi. 173. nu. 9. et in resol. motiuorum respon. pro Genero fol. 49. uersic. tertio per opinionem hanc: Quod etiam procedit si de tertij præiudicio agatur. Socin. Sen. inter responsa Bruni consi. 10. nu. 31. alios citauit Grammat. decisio. 106. nu. 3. alios Menoch. in 4. art. secun. respon. causæ Finariensis, nu. 2. & nu. 79. ubi regulam istam peregregie declarat: Nec extra rem id esse uidetur, quod passim dicitur, partes in dubio id potius agere quod iuris uniuersalis conditionem probet. Port. in consil. 2. nu. 31. quod in rescriptis, priuilegijs, iuri-

 busq;

busq; singularibus interpretari solet, Bald. post Cin. in l. fina. §. in computatione, nu. 16 et 17. C. de iure deliber. Dec. post Felin. in c. causamq;, nu. 1. in fine de rescrip. & in ultimis uoluntatibus, Bald. in l. quicunque. C. de ser. fug & inferius in uerbo bene fundatur, nu. 109. quo nomine enim testes secundum ius commune deponentes, potiores ijs, qui contrà testificant, habētur, latissime Port. in lib. 2. commun. cōclus. reg. 19. Sed plura alia similia vidit Neuiza. inter cons. Bruni in consil. 12. col. antepen. ubi seipsum citat in Sylua sua nuptiali. Quamquàm non perpetuo regula hæc uera esse uideatur, quippe quod pleraque contra communes iuris ipsius regulas ordinari, & constitui contingat, quæ tamen fauore undequaque scatere existimantur, Ecce enim licet inuitum quemquam compromittere ius non cogat l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euictio. Barto. in l. furti. §. qui iussu nu. 2. ff. de his, qui notan. infam. & Bald. in l. ex stipulatione, nu. primo, C. de sent. & interloc. omn. iudic., quos citarunt Alex. in l. qui se patris, nu. 22. C. unde liberi, & Tiraq. in tract. cess. cau. par. prima, nu. 39. constitutiones tamen controuertentes affines compromittere cogentes,

tes, ueluti sunt hæ, quæ ex iteratis principum nostrorum edictis in Regno isto custodiuntur, fauorabiles prorsus esse, nemo est, qui nesciat, ueluti infra in uersic. fuere, Tamen nu. 45. multis Doctorum allegationibus comprobabimus.

6 *Tertio statutorum horum odium arguitur, & deprehendi uidetur ex eo, quod de materia exclusionis tractatur, quæ communiter parum fauorabilis haberi solet. Craue ubi non insipide infert in consil. 259. nu. 8. in princ. & Cephal. in consil. 110. nu. 43. Sed hæc ratio cum causa secunda concurrit, quia scilicet exclusio contra ius commune sit Craue. qui supra.*

7 *Et nominatim, quod statuta feminas a successionibus remouentia odiosa sint, passim tam a Neotericis quàm Antiquioribus tamque legendo, quàm consulẽdo, traditum est, ita ut Socin. Iun. in consi. primo, nu. 46. & in consi. 108. lib. primo. Sententiam hanc magis communem esse asseruerit, quem nouissime refert, & sequitur Franciscus Viuius in libro communium opinionum in uerbo statutum excludẽs feminas in princip.*

8 *Quo circa id genus statuta strictè interpretanda esse, nemo ferè dissentire uidetur, uti*

Alber.

Alber. Brun. affirmat in d. 4. articu. princ. post principium, & in uersic. Sed idem Baldus, quod in omnibus statutis indifferenter obseruari videtur, idcirco, quod stricti iuris esse dicantur. l. prima. §. si is qui nauem. ff. de exercit. l. patronus. §. si quis cum esset. ff. de bon. libert. Bart. in l. omnes populi, circa finem. ff. de iustit. & iure. cum alijs cumulatis per Tiraquel. de Retrac. con sang. in prooem. nu. 62. Fusius in §. 35 glo. prima nu. 2. Idq́. præsertim verum esse, receptum est, vbi directo et prorsus iuri generali statuta con trariari, cōtingit. Castr. in l. 3. nu. 3. C. de legib. Ang. in consil. 263. nu. 2. latißime Alexan. in consil. 26. nu. 5. & in consil. 40. nu. 1. lib. 2. cum alijs, quorum meminit, Cephal. in consi. 13. nu. 3. in consi. 32. nu. 15. & in consi. 59. nu. 26. Si enim contra ius commune non sint, extēsionem ea recipere constat. l. prima, & ibi nota. C. de legib. l. de quibus. ff. eod. Bartol. in d. l. omnes populi, num. 65. ff. de iustit. & iure cum alijs, de quibus apud Port. legitur in consil. 85. nu. 27. Sed quia singularia hæc iura Cæsareæ constitutioni in succeßionibus inter cognatos & agnatos, maremq́; & feminam omnem prorsus differētiam remouēti, oppugnant, extensionem ea non ideo

capere,

capere, clarissime Bartol. docet in l. si uero. §. de viro, nume. 2. ff. solu. matrim. Ias. in l. quidquid adstringẽdæ, in princ. nu. 2. et ante eum. Alex. nu. 7. ff. de uerbo. obliga. & notatur ad textum in l. si ita stipulatus fuero si Titius. §. Chrysogonus. ff. eod. de verbo. oblig.

9 *Verbaq́. statuti eadem ratione proprie intelligenda sunt. l. constitutionibus, vbi Barto. ff. ad municip. Bart. in l. 3. §. hæc uerba il 2. ff. de neg. gest. notatur in l. cum aliter. ff. de legat. 3. plura consimilia congerit Alex. in consil. 15: nu. 7. lib. primo, & Crau. in consi. 271. nu. 3. in princ. idq́. præsertim in statutis iuris uniuersalis correctorys procedere, abundè Tiraquel. scribit, in trac. le mort saisit le vif, par. 2. declar. 2. nu. 4. et declar. 6. nu. 2. & in tracta. cess. cau. par. prima, nu. 24. et in materia statutorum feminarum exclusiuorum Socin. in consil. 30. nume. 19. 20. lib. primo, cui accedit Cephal. in consil. 210. nu. 14. Inde a verbis quoque statutorum tunc recedere, tutum non existimatur. l. quod constitutum vbi Bart. in princ. ff. de testam. mil. cum multis concordan. per Tiraquel. congestis in tracta. de iure primogen. quæst. 40. nu. 216.*

10 *Verum enimuero Regula hæc, quod debeant*

stricte

stricte & proprie statuta interpretari, in his, quorum materia fauorabilis erit, locum sibi nõ uendicat, Ruin. in consil. 9. nu. 5. lib. 4. quem refert & sequitur Rolan. a Valle in consil. 72. nu. 66. lib. primo. Tametsi Socinus consil. 9. lib. 3. contrarium male respondisse uideatur, quod ratione subiectæ materiæ, subiectiq; argumenti conditione fieri, existimatur, qua suadente a regulis generalibus aliquando recedi, & earum norma deflecti, manifestum esse non ambigitur l. prima. §. qui operas, vbi glo. in verbo interpretationem. ff. ad Senatuscon. Tertullia. l. eas causas. ff. de cond. & demonstr. l. proculus. ff. de vsufruc. Bar. in l. omnes populi, nu. 53. versicu. sexto, principaliter quæro. ff. de iustit. & iure, latißime. Sciteq; admodum Craue. in consil. 9. nu. 22. in consil. 186. nu. 5. in consil. 188. nu. 2. in consi. 202. nu. 38. in cõsi. 231. nu. 7. in consi. 245. nu. 6. in princ. & in consi. pro Genero nu. 111.

31 *Sed & ad personas non nominatas constitutiones huiuscemodi non solent extendi: at in eis, quarum causa fiunt, eas debere restringi, rescriptum est, l. 2. C. de legib. l. 2. ff. de his, quæ in testam. delen. Crau. in consil. pro Genero, nu. 417. Exempla Baldus ponit in l. Sed & milites, in*

princ.

princ.uersic.in textu, ibi hic autem ff.de excusatio.tuto.in l.illam, num.2.C.de collatio.& in l.quod uero, nu.2.ff.de legi.quæ sigillatim, Decius refert in consil.553.nume.4.& sequenti, in consil.559.in consil.625. Tiraquel.in tracta.de Retrac.consang.§.primo glo.9.nu.189.& aliquot sequentibus, latissime Port.lib.2.commu. conclus.regula ultima, in consil.159.nu.21.22. et in consi.183.nu.11.12. et Cephal.in consi.210. nu.50.& 51.

12 *Ita dispositio testatoris in masculorum fauorem facta, vltra personas, de quibus testator loquitur, non ampliatur Io.And.ad Specul.in titu.de testam.§.imprimis, cuius additionis initium est, quinta quæstio talis est, Idem Castren. notat in l.ex facto.§.si quis autem ff.ad Trebellia.Dec.in consil.287.num.7.& in l.prima, nu.3.ubi Molin.C.de success.edic. idemq; Molineus tangit ad Alexand. in consi.89.num.15. lib.6.Simile est in pacto de non petendo, aliquibus ex hæredibus facto, quod alijs cohæredibus non prodest. l.si actione, vbi glo.C.de pactis. Item & renunciatio mulieris Senatusconsulti Velleiani fauori erga vnam personam facta, in ea coarctatur, l.iubemus.C.ad Senatusconsul.*

Velle-

Velleia. Eodem quoque modo priuilegium filijs primi gradus concessum, vt fructus in quarta Trebellianica non imputent, minusque de fideicommisso restituendo, satisdare cogãtur, vltra eos non ampliatur, l. iubemus, §. fina. C. ad Trebellia. Sic latitatio debitoris ob vnum creditorem tantũ non prodest alijs, vt propterea etiam hi bona eius possidere, aut vendi facere, possint, l. Fulcinius, §. cum hoc edictum, versic. quod si aduersus quosdam, & in fine, ff. quib. ex caus. in possess. eat. & notat Crau. in consil. 312. num. 3. qui in responso pro Gene. nu. 417. & 450. multa similia exempla, non absque maxima allegationum copia congerit. Alios casus addit Port. in cõsi. 172. nu. 22. 23. 24. Tametsi enim testatoris dispositio de vno casu ad alium ex uerisimili eius mente porrigatur, l. Gallus. §. et quod si tantum, l. Titius, §. Lucius, l. cõmodissime, et ibiq. Bart. *Aret. Alexan. & cæteri ff. de liber. & posthum. Secus tamen ex tritissimis iuris nostri regulis statutum est, si de persona ad personam extensio facienda sit, l. si quis cum ignoraret. ff. de testam. tute. c. sane, de priuileg. in 6. glo. in d. l. Titius, in verbo ostendere, Aret. in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, col. 3. versicu. se-*

cundo

cundo adde.ff.de liber.& posthum. Dec.in consil.287. nu.7. in fine, vbi Moline. in verbo ad personas contra Iasonem, ita veritatem se habere scribit, quod ex facto ueteribus omissis à plerisque iunioribus consultum extat, Craue.in consil.98.nu.13.in consil.161.num.11.Cephal.in consi.107.nu.18.19.Cumulatius Alcia. respon. 85.nu.3.Idq́. etiam in fauorabilibus procedere, post alios ab eo relatos scribit Tiraquel. in tracta.cess.cau. limita.8.nu.2. & locupletius in l. si vnquàm, in verbo libertis, nu.3.C.de Reuocand. donat. Difficilius enim respectu personæ quàm rei extensionem fieri, constat d.l.si quis ita,§.si quis cum ignoraret, Bart. Alex. Aret. & cæteri in l.fina.C.de posth.hæred instit.glo. in d.§.Lucius.& Aretin.in d.§.& quid si tantum, cum alijs de quibus per Socin.Iun. in consi. 185.nu.12.vol.2.Cephal.in consil.139. nu 27.et Port.in cons.11.nu.27.& in cons.159.nu.22.

13 *Sed Regulam illã casus vnius scilicet ad alium extensionem, non solum in actibus latam interpretationem patiẽtibus. sed & in statutis locum sibi vendicare, tradit Ang..in d.l.Gallus.§.& quid si tantum, nu.primo, uersic.& ideo etiam in statutis.ff.de liber.& posthum.*

Quin

14 *Quin etiam in statuti fauorabilis dispositione extensio de simplicibus ad casus mixtos permitti videtur, si eidem Angelo credimus in l. si ita nu. 3. ff. de liber. & posthum. necnon Salicet. in l. si viua matre, nu. 4. C. de bon. mat. & Alex. in cons. 82. nu. 17. lib. 3. & in cons. 144. num. 7. lib. 6. & utrobique Molineus cum alijs, quos citat, sequiturq́; Alber. Brun. in d. tracta. statut. exclus femin. 4. artic. princ. vers. Sed uerior & magis cōmunis opinio, latissime Alciatus lib. 3. de uerb. signific. nu. 29. et sequentib. Quod et in qualibet dispositione fauorabili vt puta publicæ vtilitatis obseruatur, quam ad casum improprium trahi, Ias. vult in l. non dubium, nu. 44. C. de legib. quem sequitur in nostris terminis, Cephal. in cons. 35. nu. 38. & in cons. 69. nu. 14. cum alijs a Tiraquel. citatis, tract. cess. cau. par. prima, nu. 35. et Crau. in 2. partic. quar. par. princip. tract. de antiq. tempo. nu. 39. Deseruiunt a contrarijs ratiocinando tradita per Cephal. in cons. 26. nu. 24. & sequen. lib. primo, Cuius tamen quæstionis in contrarium non parum copiosus fit sermo apud Tiraq. in tracta. de legib. connub. glo. 5. nu. 70. 71. 122. 123. et alijs sequen. & in tract. le mort saisit le vif. par. 2. declar. 4.*

nu.4 & 8.quam rem aliàs latius discutiemus.

15 *Extensionem tamen ex maioritate rationis ad personas non nominatas in hisce iuribus singularibus fieri, non ambigitur, Bald.in l.illam, nu.2.C.de collat.& in statutis contra ius commune, Idem ipse Bald.notat in l.quod vero,nu.3 ff.de legib.in l.2.nu.5.C.de in ius uocan. in d. l.maximum vitium, nu.8.C.de liber.præter.in l.si vero,§.de viro ff.solut.matrim. in l.affinitatis,num.3.uers.pone statutum.C.commun.de succes.cum alijs non paucis, de quibus per Dec. in cons.333.nu.4.in princ. argumentum enim a fortiori etiam in materia odiosa efficax esse, nemo est,qui nesciat.l. presbyteris.C.de sacros. eccles.l.Manichæos.C.de hæret.& Manich.l. nec in ea, vbi Bart.ff.ad l.Iul. de adult.l.relegatorum.§.potest.ff.de interd.et releg.cum his, quæ congerit, Crau.in cons.202.num.32.& in respon.pro Gene. nu.240. quibus pulchre quadrant cumulata per Port.in cons.25.nu.21.*

16 *Quare iura municipalia, quæ filias a successione excludunt,tanto magis in neptibus locum habent, quanto in eis maior exclusionis causa viget.l.si viua matre. C. de bon. mater. Itaque Grammat.concludit decisio.63.nu.12.Cum filia*

lioris quàm mater conditionis esse non debeat, vti Bald. arguit in d.l.2. circa finem. C. de in ius uocan. in d.l. si uero. §. de viro. & in d. l. quod vero, Barto. in l. liberorum, nu. 15. ff. de uerbor. signific. & in l.2. §. fin. nu. primo. ff. ad Senatus cons. Tertullia. vbi concludit, exclusa matre cognatos omnes inde proficiscentes exclusos intelligi. fusissime Port. lib. 3. commu. opinio. conclusio. 40. Quod in substitutionibus, et cæteris ultimis uoluntatibus attenditur, quæ interpretantur ita, ne minus dilecti, dilectoribus melioris conditionis existant. l. Publius. §. fin. iuncto ibi Castren. & aliis. ff. de condit. & demonstrat. l. prima. C. de condit. insert. glo. in l. prima, in uerbo fisco. ff. si quis aliq. testa. prohib. Bart. in l. fina. nu. 2. ff. ad Trebellia. & in l. Gallus. §. etiam si a parente, nu. 5. ff. de liber. & posthu. Alex. in cons. 80. nu. 6. in princ. lib. primo, Ias. in l. prima, nu. 10. C. de success. edic. Dec. in d.l.2. nu. 7. C. de in ius uocan. & in cons. 15. nu. 2. uers. modo sic, Crau. plures uocat in cons. 155. nu. 6. & in cons. 243. nu. 6. aliorum meminit Natta in cons. 326. nu. 3. quibus alios addit Cephal. in cons. 45. nu. 4. & in cons. 46. nu. 7.

17 *Itaque perpetuo hoc verum est, vt fideicommissum*

missum inducatur potius quàm absurditas illa se quatur, quòd scilicet neptis filia remotior eadem melioris conditionis existat, Curt. Sen. in consi. 52. et in cons. 76. col. 3. uers. condescendo modo, & Crau. in cons. 113. nu. 3. vers. ad cuius coniecturæ probationem, & in consil. 162. nu. 5. ante finem: Et substitutio, quæ alias in vno casu concepta, ad alium casum uerisimilem traheretur, non extenditur, vbi illud inconueniens orire tur, quod minus a testatore dilectus, magis dilecto meliori iure frueretur, glo. quam ibi notant Doctor. in l. si mater. §. si filius. ff. de vulga. & pupil. Cuius Alex. meminit in l. prima, num. 11. vers. & primo adde. ff. de vulg. & pupil. & in cons. primo, nu. 9. lib. primo, necnon Moline. in eleganti themate, in consi. 56. nu. 18. vbi appositissime refert responsum Ancharani in consil. 56. Rursus ne remotior in gradu proximiorem repellat, de persona ad personam extensio non fit, Paris. in cons. 59. nu. 45. lib. 3. Cui subscribit Port. in cons. 159. nu. 22. & alij plures relati per Cephal. in cons. 251. nu. 32. sicut econtra aliquando personæ ad personam extensio fit, ne maxima illa absurditas profluat, Ruin. in consil. 168. nu. 19. 20. lib. 3. Crau. post Corn. quem citat tra-

cta.de antiq.temp.in prima par.quar.part.princip.nu.137.& Cephal.in conf.188.nu.14.& d. conf.251.nu.31.et conf.sequen.nu.20.Similiter, ne illud erroneum descendat, ut magis amatus non praeferatur ei, cuius testator tantam curam non habuit, filij positi in conditione ad dispositionem uocati censentur Dec.in cõsi.434.nu.17. uersic.tertio principali, Crau.in consi.62.nu.8. in princ. Gribaldus inter respon. Portij consil. 40.nu.12. Et in pulchro casu declarat Ioannes Papon lib.20.Arrestorum in titu. de substitutionis, artic.primo & 13. Amplius ne grauatiores extraneis sui in successione parẽtis existant, indefinitae conceptionis dispositio in uniuersalem resoluitur, & ei aequipollet, Bald.in l.cum acutissimi, in primo notab.C.de fideicom. & in pulchra facti specie responsum extat Port.in consi.6.nu.2.quod tamen idem Port.nu.67.non procedere declarat, ubi testatorem agnationis honori studere uoluisse, deprehenditur, quibus proxime uidetur accedere textus in l.si is qui ducenta.§.item si pater.ff.de reb.dub.ubi oratio disiuncta cõuertitur in coniunctam, ut successio patris, magis filio uel filiae quàm extraneo conseruetur: Pari quoque modo ne minus

dilecti

dilecti a testatore melioris sint qualitatis quàm magis dilecti, verba quantacunque generalia restringi debere, Crau. respõdit in consi. 86. nu. 8. & reciprocam substitutionem induci, ne vlterioris gradus personæ sint uberioris conditionis quàm hæ, quæ priore loco positæ sunt, idem Craue. docet in consil. 130. nu. 6. uersicu. secundo considero: Pariter urgentem coniecturam ad substitutionem inducẽdam, eam dispositionem, per quam alias minus dilecti magis honorarentur, quàm plus dilecti, dicit esse Guliel. Benedic. in quæstio. sua de matrim. nume. 3. uers. & quòd dictus Comes, & Cephal. in consi. 196. nu. 18. & 19. Et hanc etiam ob causam fideicommissi cõditionalis transmißionem ad hæredes fieri, voluit Curt. Iun. in consi. 16. col. 3. uers. Sed quia fortius, quem retulit & sequutus est, Crauet. in consil. 62. num. 10. vbi tamen nihil allegant, sed est casus in l. prima. C. de his qui ante aper. tabu. hæredit. transmit. & declarat Bartol. post Ric. quem citat in l. prima, nu. 20. ff. de vulg. & pupil. & latius Laurent. de Palat. in tracta. quòd stan. mascu fem. non succed. Et c. nu. 221. & sequenti. At quoque ne plus nepoti in aui materni quàm matri in patris succeßione fauere, iura

videantur, merito cõstitutum esse uidetur, contra communem adusque receptum errorem, vt nepos in legitimam imputet, quod media matris persona ex aui bonis, veluti dotem consequutus est Castren. in l. illam, in fine. C. de collatio. scitè docteq. admodum Molin. ad Alex. in cons. 24. lib. primo, & ita in pulcherrimo non dissimili casu decisum fuisse, per supremum Parisiensem Senatum refert Papon in tit. d'homicides, art. 6. Sic ne longinquioris gradus cognati propinquioribus ipsis pinguioris fortunæ sint, bene sentire hi mihi modo uidentur, qui contra Accursianos viriliter fratrum filios inter sese, & absque theiois patruo succedentes non enim stirpaliter admittendos esse, censuerunt, quam rationem in huius Azonis & sequiorum sententiæ corroborationem apud neminem, qui ad nostras manus in hunc usque diem peruenerit, legisse memini. Quo nomine respondit etiam Alexan. in consil. 9. num. 2. lib. primo, filiorum appellatione nepotes contineri ne huiusmodi inconueniens patiatur, in quam sententiam alios uocat Rolan. a Valle in consi. 93. nu. 23. & sequentib. lib. 2. Eadem ratione legata magna extraneis directa ex posthumi præteritione ignoranter facta, non

præstantur

præstantur Bart. Bal. Castren. et cæteri in Authen. ex causa. C. de liber. præter. & notat Dec. in consi. 490. nu. 2. quod tamen dubio non uacat: Sic filijs, ne hi non sint melioris quàm extranei conditionis, fructus in Trebellianicam non imputantur, Marcus Mantua inter consil. Portij consi. 93. in fine: Ratione non dißimili quadrantis e Trebelliano Senatusconsulto debiti detractionem prohibere, pater non potest, Por. in consil. 92. nu. 50. & 51. Vlterius quamquam in fine posita clausula ad omnes præcedentes referatur, l. talis scriptura. §. fin. ff. de lega. primo, ubi tamen ex relatione hac ultimo uocatus minusque ideo dilectus. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de lega. 2. l. Lucius la ultima. ff. de hæred. instit. cum vulgar. eius, qui primo uocatus legitur, consequenterque magis dilectus iudicatur, pinguioris efficeretur fortunæ, regulam illam non procedere, in pulchro casu quandoque decisum fuisse, refert Papon lib. 20. Arrestorum titu. de substitutionis, artic. 15. cui admodum est affine, quod respondit Natta in consil. 570. nume. 11. ad absurdum hoc euitandum qualitatem in præcedenti oratione positam, in ea, quæ sequitur, repetitam censeri, Idem etiam Natta in cōsil. 485.

nu.7. hac ratione voluit aliquando qualitatem secundæ substitutioni adiectam in prima quoque positam censeri. Scribit etiam Ruin. in cons. 43. nu. 7. lib. 3. statutum iuri cõmuni contrarium contra propriam naturam extẽdi, quando aliàs esset irrationabile, vel illud incongruum proueniret, quòd minus amatus magis dilectum præiret. Ruinum citat, & sequitur Roland. a Valle in cõsi. 72. nu. 23. lib. primo ob quod incon ueniens remouendum, scribit alibi idem Ruin. verba impropriari, alibi ab eorum significatione, etiam in totum, recedi, alibi cõtra propriam naturam restringi, alibi potius actum penitus annullari, vt locupletissime prosequitur Cepha. in consil. 188. num. 11. 12. 13. & 14. in consil. 196. nu. 18. & 19. in consi. 238. nu. 26. et in cons. 251. nu. 24. & aliquot, qui sequuntur, De hoc absurdo mẽtionem etiam Alcia. facit in l. liberorum, nu. 4. uersic. si igitur. ff. de uerb. signific. copiose quoque Brunus in d. tract. statut. exclus. femin. 5. art. princip. in princ. nu. 12. et aliquot sequẽtibus, et latissime Cephal. in cons. 11. nu. 18. Et passim Doctores scribunt, quorum sententias cumularemus, si expediret; Sciendum est tamen non semper remotiorem propinquiore peioris conditionis

tionis existere, idq́ue pro inconuenienti & absono non haberi, vt patet in casibus allegatis per Alexan. in cons. 38. nu. 11. lib. 6. Alexandrinum in consil. 22. col. ultima, Paris. in consil. 35. nu. 22. & sequentib. lib. 3. & Crau. in consi. 98. nu. 15. & in consi. 161. nu. 18. usque ad finem, & nouißime per Portium in consi. 122. nu. 14. quos hic referre, operæ pretium non esse putauimus, vt plurimum tamen & regulariter minus dilecto plus amatus præferri debet, iuribus supra citatis, & tradit Molineus in consil. 7. nume. 10. Inde prudens disponentis consilium Scæuola respondit, qui filios in substitutione aliis prætulit, l. Lucius la 2. ff. de hæred. instit. suosq́ue extraneis præferendos esse, textus innuit in §. sui, & §. cæteri, Instit. de hæred. qual. & differen. & alibi scriptum est, nihil iuris rationi magis conuenire, quàm vt filii in parentum succeßione cæteris potiores habeãtur. §. ergo sentiendum, in Auth. quib. mod. natu. effician. sui. His textus accedunt in l. cum acutißimi. C. de fideicom.
19 *& in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substitut. vbi extraneos coniunctis præferre, ius credule existimat, in quam sententiam non insulse etiam trahi potest, textus in l. præ-*

ses.

ses.C.de seruit. & aqua, & id genus sexcenta vulgaria.

18 *Sed exclusa filia nepotem quoq. ex ea repelli, certum est, Alber.* Brun.*in d.tract.statu.excl. femin.6.artic.princ.versicu. & primo quæro, cum alijs innumeris a Tiraqu. cumulatis in tracta.de iure primogen.quæst.*12.*num.*12.*&* 16. *quibus adduntur Alexan.in consil.*56.*nume.*4. *lib.*5.*Crau.in cons.*184.*nu.*2. *Natta in cons.*581. *nu.*29.*&* 30.*& Cephal.in cons.*5.*nu.*15.*in cons.* 103.*nu.*15.*& in cons.*134.*nu.*48.*cum ipse nepos non dicatur de agnatione matris, siue aui materni (quia filia familiæ suæ caput, & finis est.l. pronunciatio, in fine.ff.de uerb.signific.) Sed de genere patris uocetur.d.l.pronunciatio, in fine, & l.sequenti.ff. de uerb.signific.l.partum.C.de rei uendic.l.prima, de municip.§.fina. Instit.de pat.potest §.vulgo, Instit.de success.edic. Nec præter principem constituere quisquam potest, vt originem matris filij sequantur.l.exemplo, et ibi glo.in uerbo specialiter.C.de decurio.lib. x.quod & Alcia.notat in d.l.familiæ.§.feminarum, nu.*1.*ff.de uerb.signifi. Ita si filia in iure primogenituræ non succedat, neque eius filium succedere, palam est, Barto.in l.prima, de Sena-*

tor.

tor. quem cum alijs refert Tiraquel. in tract. de iure primogen. questio. 12. nu. 5. Eodem quoque nomine filiæ filius ad feudum non admittitur. c. primo. §. hoc autem notandum, & §. filiæ uero, vbi Bald. & cæteri, qui feud. dare poss. Bened. in Repetit. c. Rainutius, in uerbo duas habens filias, nume. 124. de testam. cum alijs allegatis per Port. in consil. primo, num. 21. 22. & in consi. 2. num. 30. Solet tamen unus excipi casus, quando scilicet filia in familia nupta reperitur: feudo enim eius filios etiam ad aliorum agnatorũ exclusionem succedere, putarunt quatuor patrum nostrorum temporibus nominatißimi iuris interpretes Francischinus Curtius minor, Iason Maynus, Bartholomæus Socinus, & *Ioannes Campegius inter cons. Bruni* 8. 9. 10. & 11. *quibus subscripsisse uidetur Alba in consil.* 86. & 87. *non tamen in materia feudi, sed fideicommißi, in quo prospecta fuerat prosapiæ propagatio, inter quos ipse casus, nullam arbitratur esse differentiam.*

19 *Quæ cum aperta et manifesta sint, assequi non satis ualeo, quomodo intelligatur Callistrati Iureconsulti sententia in l. liberorum, in fine. ff. de uerb. sign. ubi etiam per nepotes ex filiabus memoriam*

moriam nostram in æternum cõseruari scribit, (inquit enim ille) idcirco filios filias non concipimus, atque edimus, ut ex prole eorum, earumue diuturnitatis nobis memoriam in æternum relinquimus, quomodo enim per filiarum filios agnationis memoria durat, si aui materni familiam non sequũtur, Cum nedum ipsi, qui de eius domo non sunt, in eam transeant, Sed nec etiam filia, quæ ab eo descẽdit, gentis nomen retineat, alienã ingrediendo, Nec enim minus filiæ quàm cæteræ posteriores feminæ, familiam non conseruare dicuntur, ut post Dec. cuius meminit respondit Cephal. in consil. 251. nu. 55. inde bene parum de feminarum posteritate parentes curare scribit, Craue. in consil. 67. nu. 5. uersic. tertio principaliter, et quod magis masculos quàm feminas parentes diligant, scripsit Iason in l. qui filiabus, in princ. nu. 22. ff. de lega. primo. de quo plura legi possunt apud Benedic. in c. Raynutius in uerbo duas habens filias, nume. 134. extra de testamentis.

20 *Porro nepotum ex filia successionis priuatio causatur, quod hi ex exclusa, & incapace persona descendant, & tãquàm eius imagines sint, tametsi sexus qualitas mutetur, aliamque for-*

mam

mam accipiat, Ang. in §. si igitur, uersic. & diuerso per illum tex. in Auth. de hæred. ab intesta. uenien. Bald. in l. fina. col. prima. C. de liber. præter. & in l. fin. nu. 4. uersic. & si non continetur. C. de uerb. signifi. latissime Crau. in consi. 127. nu. 4. & in consi. 184. nu. 2. & Cephal. non minus copiose in consi. 5. nu. 19. In quam sententiam pertinere uidentur, tex. in Auth. cessante C. de legit. hæred. & l. Gallus. §. uidendum. ff. de liber. & posthum. & in §. cum filius, Instit. de hæredit. quæ ab intest. deferun. Indubitati enim apud nos iuris est, ex radice uitiosa fructum, aut effectum ullum non nasci, eaque resecata, ramos quoque necessario ruere, non ambigitur. c. primo. §. hoc autem notandum, ibi similiter & earum filij de his, qui feud. dare poss. c. vulnerato, prima q. prima toto titu. extra de fil. presbyterorum, & lib. 6. eod. l. fin. in fine. C. de nup. l. fin. C. de natur. liber. Fulgos. consi. 12. Alber. Brun. in d. tracta. stat. exclus. femin. 6. artic. princip. membro 3. q. prima, Cumulatissime Crau. in consil. pro Genero, nu. 34. & 403. & vulgatissima simulatque innumera iura clamant, originem & initium ubique spectari, a quo, posterior omnis formatur euentus. l. nam origo. ff. quod vi

aut

aut clam.l si filiusfamilias, in fine.C.ad Maced. abundè sciteq́ue admodum, Crauet.in consil.131. nu.15.Cephal.in consi.91.nu.27. & Menochius in sexto decimo recup.possess. remed. nu.19.& 20.Inde iustitiam vel iniustitiam belli ab eius origine dependere, notat clarissimus vir d.Petrinus Bellus, in suo de bello & re milit. tract. par.x.tit.2.nu.34. quem simpliciter Crau.citat in d.consil.pro Gene.num.30.vbi, & alijs non paucis, qui sequuntur, plura præclare congerit, in regula hac exornanda, quod ad vniuscuiusq́. rei principium relatio sit facienda, vltra quæ multa cumularē, si rei ipsius utilitas postularet.

21 *Nedum autem ex filia procreata, sed & a filio genita neptis, licet de masculorum agnatione sit succßionis incapax existimatur.l.uoluntas vbi scriben.C.de fideicom.l.lege duodecim tabularum.C.de legit. hæred.Alexan. in l.cum quædam puella, nu.14.ff.de iurisd.omn.iud. Crau.in consi.62.nu.3.cum alijs per Cephal.productis in consi.134.nu.41.Duæ etenim a statuto feminarū exclusiuo & pro agnationis conseruatione edito qualitates requiruntur, quod scilicet, quis agnatus sit, & masculus, quapropter alteram qualitatum uerificari, quem scilicet agnatum*

esse

esse, non sufficit, quæ uox etiam de feminis prædicatur, quippe quod omnes descendentes ex masculis agnati dicantur. §. primo, Instit. de legit. agnat. succes. Sed quem etiam masculum esse oportet, coniunctim enim duabus conditionibus requisitis, vna deficiente nihil actum censeri; sed utriusque concursum requiri, incerti iuris non est. l. fina. C. de assess. & domest. & cancell. iud. Authen. at si contractus. C. de fide instru. l. si quis ita stipulatus. ff. de uerb. oblig. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. l. sæpe. ff. de uerb. signific. vulg. l. si hæredi plures. ff. de condit. institut. l. cum pupillus. §. disiuncto. ff. de cond. & demonstr. §. si plures, Instit. de hæred. institu. Alber. Brun. in d. tract. stat. exclus. femin. 12. artic. princ. q. nona, Alcia. lib. primo de uerb. signific. nu. 28. Tiraq. de Retrac. consang. §. primo, glo. nona, nu. 196. Craue. in consil. 180. nu. 1. Copiosius in consil. 306. nume. 5. Cephal. in consil. 13. nu. 9. in consil. 59. nu. 73. 74. 85. 87. & sequen. Port. in consi. primo, nu. 68. & consil. 2. nu. 17. Idem ius est in testamētaria dispositione, in qua agnationis masculinæ fauor deprehenditur, Socin. Sen. in consil. 55. lib. 3. alios concordes multos nominat Cephal. in consil. 45. & 46. lib.

primo,

primo, addo Alcia. respon. 98. nu. 3. & Albam in conf. 19. nu. 11. & sequentibus.

22 *Rationem autem agnationis testator habuisse videtur, ubicunque feminis masculos prætulerit et masculinitatis meminerit Alex. post Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbor. oblig. Dec. in consi. 15. nu. 2. vers. testator ergo in conf. 227. nu. 6. uersic. & stante prædicta conclusione in conf. 270. in fine principij, versicu. circa primam conclusionem in conf. 371. num. 6. uersic. sexto & ultimo, & in conf. 506. uersic. & ista conclusio comprobatur Ripa in l. Centurio, nu. 64. ff. de vulg. & pupil. alios congregat Crau. in consi. 113. nu. 2. & 5. in consi. 130. nu. 9. in consil. 155. nu. 7. in fine, in consil. 180. nu. 1. & in consil. 202. nu. 12. alios Cephal. uocat in consi. 46. nu. 11. in consi. 62. nu. 45. in consil. 134. nu. 11. & in consil. 251. nu. 49. quibus iungitur Alcia. respon. 52. nu. 26. & Port. in consil. 137. num. 4. Quæ etiam militare receptum est, Si in una tantum testamenti parte certa portione filiabus assignata, masculos filios nominari contingat, inferius uero simpliciter filios uocatos fuisse, proponatur, tunc enim, & in posteriori illa testamenti parte, testator solos masculos cæteris prætulisse*

tulisse

tulisse præsumitur, masculinitatisque inde qualitas repetita censetur, argumento tex. in l. qui filiabus, in princ. ff. de leg. primo, quod ex facto Abbas consultus respondit in consil. 36. lib. primo, cui plurès subscribunt, quos Alba refert in consi. 19. num. 12. Et nouissime Port. lib. 2. commun. conclus. regula 5. vbi pulchre distinguit, Idem in cons. 55. nu. 97. et in cons. 11. nu. 19. in fine, & nu. 37. vbi Iasonem, Decium, & Alciatum cõtrarios citat, quorum sententiam & ipse negligere videtur, pulchre etiam post Zuccardum et alios distinguit Cephal. in cõsi. 68. nu. 17. agnationis quoque propagatio contemplata a testatore uidetur, si nepotes ex filio uocati sint, neptes uero expulsæ, Castren. Fulgos. & Corn. in l. prima. C. de cond. insert. & alij plures, quos citat, Cephal. in cons. 16. num. 44. idque etiam si femina disponat, tametsi aliàs mulierem proprium sexum abhorruisse, uerisimile non sit, vt in pulchris casibus de iure responsum extat, Anchar. in cons. 339. col. 4. uersicu. tertio quod proles feminina, nu. 7. Dec. in cons. 570. nu. 11. Quorùm meminit Port. in cons. 6. nu. 19. Idem Port. lib. 2. commun. conclus. reg. 4. citat Socinum in l. cum auus. ff. de cond. et demonst. quod

C *idem*

idem Socin.apertius tetigit, in l. Gallus.§.nunc de lege, nu.7.ff.de liber.& posthum. & nuper Cephal.in cons.185. nu.26. Sed scitißime more suo, Moline.in consuet.Parisiensi.§.16. nu.7.et ad Alex.in cons.15.lib.4. Inde factum esse videtur vt tametsi regulariter feudo femina non fruatur, vt infra copiose diximus nu.59. ad id tamen admittatur, quod a femina originem duxerit, in quam sententiam vulgo Doctores conueniunt, ueluti Zasius, & Iulius Clarus faßi sunt, quorum meminit Roland.a Valle in cons. 67.nu.8.9.& 20.lib.2. Supradicta autem in donationibus uera quoque esse, refert Socin.Min. in cons.53.nu.8.lib.2.quæ si alicui ex descendentibus eius masculis fiant, ad familiæ decus perpetuandum factæ censentur, sicuti Socini supra allegati non immemor Torniell. quoque tradit inter cons.Portij in cons.81.nu.29.& 30.Sed et testator iubendo filiarum maritis, aut alijs familiæ suæ, nomen assumere, & eius stemmata ferre, agnationis honorem prospexisse uidetur, Paris.in cons.19.nu.28.lib.2. Ripa in l.Centurio, nu.464.ff.de vulg. & pupil.subst. & alibi, vt refert & sequitur Cephal.in cons.196. nu.11.et 21.& in cons.251.nu.50. & sequentib. vt enim

ait

ait Moline.in conf.51.nu.34.ex sententia Baldi in l.prima,num.3.in fine.C.pro soc.in armis & nomine nobilium, remanet principalis domus memoria,& splendor genituræ.

23 Ad extensionis uero materiam, unde discessimus, redeundo, quæ sicco (vt aiunt) pede pro dilucidiore propositæ quæstionis enucleatione, transeunda non est, tradit Bar.in d.l.liberorum nu.12.uers.ex hoc apparet responsum.ff.de uerbor.significat.cui plures admodum assensi sunt, Bald.inter cæteros, in d.l.si defunctus, nu.2.in fi.& nume.7.C.de suis & legit.liber.& alij de quibus per Alber.Brun.in d.tract.stat.exclus. femin.3.artic.princ. Rube.Alexandri. in conf. 118.nu.1. & Cephal.in conf.55.nu.5.statuta id genus non extendi,si ratio familiæ perniciei euitandæ inserta non sit, si enim causa hæc exprimatur,extensionem ea tunc recipere, non diffitentur, cum vbi ratio in lege scripta est, etiam in correctorijs permissa uideatur.l.his solis, ubi Bald.& cæteri.C.de reuocan. donat.l.emptor, in fine.ff.de rei uendicat. glo.in Clem.prima,in uerbo eligatur, in uers sed nunquid,de electio. cum suis comparibus, & Bald.quoque notat in Auth.quas actiones,nu.4.et ibidem Ias.nu.22.

C.de ſacros.eccles.Paul.de Caſt.in l.quamuis,in fine.C.de fideicomm. Alex.in l.Iuriſgentium, §.quinimo,nu.17.ff.de pact.Iaſ.in l.Marcellus, in princ. nu.45. & ſequen.ff.ad Senatuſconſul. Trebell.in l.emancipati,nu.21.C.qui admi.et in §.ſequens, nu.18.Inſtit.de actio. Alber.Bru.in d.tract.ſtat.exclus.femin.6.artic.princ. quæſt. 26.& Crau.in tract.de antiq.temp.ſecunda particula,quar.par.princip.nu.18.in conſ.113.nu.3. in princ.et in conſ.155.nu.7. Quo nomine etiam lex pœnam inferens,ſi in ea ratio ſcripta ſit,extendi conſueuit.c.ex tenore,vbi Abb.poſt antiquiores uerſ.nota ſingulariter qui fil.ſint legi. glo.in c.ſciant cuncti,in uerbo alios, de electio. in 6. In quam rem alios Port. uocat in conſ.4. nu.69.in conſ.183.num.22.& ſequen.Cuius rei ratio eſt, quod non uideatur tunc diſpoſitio extendi, ſed ſub ipſiſſima expreſſa ratione legis, vel ſtatuti comprehendi.l.nominis et rei.§.uerbum ex legibus,ubi nota.ff.de uerb.ſignific.ueluti enim plures ſpecies genus ſub ſe proprie continet.l.ſemper generalibus, ubi Dec.& Cagno. ff.de reg.iur.& Bal.docuit in l.2.C.de iure aureorum annul.et Dec. in rub.de conſtitutio.ita ratio caſus expreſſos complecti uidetur,qui nec

ob id, quod non exprimantur, pro omissis habentur, Bald. in rub. C. de nautico fœno. & in l. per diuersas, nu. 3. C. de mand. abunde, Crau. in cons. 183. nu. 3. Roland. Vallen. in cons. 27. nu. 7. lib. 1. Cephal. in cons. 16. num. 10. Sed latissime Tiraq. de retrac. cōsang. §. 20. glo. unica, nu. 2. in trac. cess. cau. par. prima, nu. 138. & locupletius in l. si unquam, in uerbo libertis, nu. 45. C. de reuoc. donat. Quam interpretationem ita ex ratione decerptam, intellectiuam potius quàm extensiuam Doctores appellant Barto. in d. l. quamuis, in princ. C. de fideicom. Ias. in l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus, num. 38. ff. de uerb. oblig. Tiraquel. in tract. cess. cau. limita. 21. nu. 8. Vbi etenim eadem uel maior ratio viget, non extendi, sed enucleari tunc lex dicitur, vti post Oldr. Paris. Brun. ab eo citatos notat Roland. a Valle in cons. 72. nume. 46. lib. primo quibus insuitur Menoc. in decimo quar. remed. recup. poss. nu. 20. Conuenire his uidetur Calder. sententia in cons. primo, in titu. Vt lite penden. quem uocat & approbat Craue. in tract. de antiq temp. par. 4. sectio pzima, nu. 90. & seq. & in consil. 183. nu. 3. quod vbi est eadem ratio, non dicitur quis extendendo, nouum casum addere, sed quod in

primi casus ratione includebatur, secundũ æquitatem detegere, uel declarare, vti post Castren. notat idem Crau. in cons. 274. nu. 11. vers. secundo respondeo.

24 *Cum enim non potuerint omnes casus legibus vel statutis sigillatim comprehendi l. 2. §. sed huius operis. C. de uete. iure enuclean. l. neque leges, & l. non possunt. ff. de legib. hæ declarationes & extensiones, quæ ex ratione fiunt, necessariæ uisæ sunt. Craue. in cons. 135. nu. 37. nec in totum prohiberi posse uidentur, Bar. in l. omnes populi, nu. 65. de iust. & iure. quæ tamen si a statuto prohibeantur, friuole tantum et inanes intelliguntur exceptæ. l. ita nobis cordi, et l. adulterij. C. ad legem Iul. de adulter. l. prima. §. & ideo ea. C. de uet. iure enuclean. cum suis simili. quod & Bald. notauit in Authen. si qua mulier in fine. C. de sacros. eccles. Salyc. in l. 2. num. 12. C. de noxal. actio. pulchre Aretin. in §. ius autem ciuile, nu. 25. Instit. de iure natur.. Alba in l. prima, nu. 73. ff. si cert. petat. Ripa in cons. 82. nu. 19. & 20. & Alcia. lib. 1. de uerb. significat. nu. 22. Versic. lex ait, Et noue Menoch. lib 2. de arbit. iudic. centur. 2. casu 197. ubi etiam declarat, quid sit friuolum.*

25 *Et proprie extensionem non fieri, quando in lege uel statuto ratio exprimitur, notat glo. in c.primo, in uerbo Italiæ, post princi. de ordina. in 6. Bald. in l. illud, num.4. C. de sacros. eccles. Alexan. in l. cum mulier, nu.3. ff. sol. matrimo. Dec. in c. secundo requiris, nu. primo, de appell. Ias. in l. cum quidam, nu.31. ff. de liber. & posth. Socin. in c. fraternitatis, nu.103. extra de testib. Craue. in tract. de antiq. temp. par. prima, quar. par. princ. nu.92. in cons.62. nu.14. in cons.130. nu.7. in cons.187. nu.2. & in cons.326. num.10. Tiraquel. in l. si unquã, in uerbo libertis, nu.45. uers. sed ut redeamus. C. de reuoc. donat. & Cephal. in cons.107. nu.18. Si enim eadem subest ratio, diuersum ius cõstitui, idem ius non patitur, cum simul discrepare non uideantur, vulg. l. illud ff. ad leg. Aquil. & l. a Titio. ff. de uerbor. obligat. erudite admodum Alexan. in cons.85. nume.9. lib.6. & Ias. in l. additio.3. notab. ff. de uerbor. obligation.*

26 *Quæ legis ratio, perinde ac virtus eius interna spectatur Bald. in l. prima, nu.2. uers. ita ipsa ratio. C. quæ sit longa consuet. & in l. data opera, nu.11. C. qui accus. non poss. Crau. in corroll. respon. pro Gene. nu.16. Scite Cephal. in cons.16.*

nu.78. & sequen.lib.primo, ideo quod rationē caret, ueluti corpus inanimatum extirpari, ius vult.c.cor. episcopi.distinc.68.quippe quod legis causa, eius anima dicatur.c.sedulo, distinct. 38.Bald.in l.si quis seruo persuaserit, nu.7.C.de furtis.et ipsa ratio dicitur lex, Cin.in l.non dubium.q.prima.C.de legit. & lex in substantia rationis consistit, omneq́. quod in ratione inest, lex appellatur.c.consuetudo, distinctio.prima, Bald.in c.primo, nu.31. de constitut. Abb.in c. nulla ratio, nu.1.de præben. Alcia.lib.1.de uerbor.significa.nu.11.Craue.in cons.183.nu.3.post princ.Sed & ex lege oriri dicitur, quod ex mente eius colligitur.l.legitima tutella.ff.de legit. tutor.inde fit, vt legis ratio eius ipsius habenas moderari consueuerit.l.cū pater.§.dulcissimus, ff.de leg.secundo.l.pater.§.fundum.ff.de leg.3. l.in agris.ff.de acquir. rerum domin.c. intelligentiam, de uerb.signific.cum suis comparibus, & passim docendo, consulendoq́. Doctores tradunt, vt est videre per cumulatos a Crauet. in rub.ff.de leg.primo, nume.7. Roland.Vallen.in cons.86.nu.66.lib.1.et Cephal.in cons.16.nu.7. & in cons.134.nu.13. idq́ue locum & in tacita ratione habere, alia iura significant in l.milites

agrum,

agrum, in princ. ff. de re mil. glo. in l. quamuis, in uerbo curauit. C. de fideicom. Bald. in l. fina. nu. 6. in fine. C. de liber. præter. Iaſ. in l. non dubium, nume. 36. C. de legit. cum aggregatis per Crau. in reſpon. pro Gene. nu. 418. & in eiuſdem reſpon. Corollar. nu. 72. & Cephal. in conſil. 30. nu. 35. in conſil. 52. nu. 12. & in cons. 134.

27 *Sed aſſeclarum Barto. in d. l. liberorum nume. 12. ff. de verbor. ſignific. ſentētiam perpetuo præſertimque hic veram non eſſe reor, quippe quod receptiſsimi iuris ſit, diſpoſitionem cuius ſola ſit ratio, etiam ſi expreſſa non ſit, ad caſum extendi, in quo, nō diſsimilis ratio vigeat, glo. in d. l. quamuis, vbi Bald. Caſtren. in fine & cæteri. C. de fideicom. Bald. in l. eaque nu. 12. C. de condic. indeb. & in d. Authen. quas actio. vbi Iaſ. nu. 22. C. de ſacros. eccleſ. cum alijs de quibus abunde per Alber. Brun. in d. tract. ſta. excl. femin. 3. articu. princip. verſic. & talis ratio tamquàm certa.*

Quod pariter in odioſis & correctorijs procedere, concluſum per Doctores nō ſemel legimus, vt idem ſit vnicam tantum rationem poſſe reddi, vel eam expreſſam fuiſſe, cum & tunc pro ſcripta habeatur, vti propemodum infiniti notarunt

tarunt, qui cumulãtur per Tiraq. de Retrac. con sang. §. 20 glo. vnica nu. 3. in fine, & in tracta. ceß. cau. limita. 21. nu. 7. 8. & sequen. & per Craue. in tract. de antiq. temp. par. 2. quar. par. princip. nu. 20. in consil. 8. nu. 14. & in consil. 155. nu. 7.

29 *Idem enim apud Doctores reputatur, quod rationis expressa mentio fiat, vel quod non plus quàm vna poßit aßignari, Ias. in d. l. quãuis nu. 7. versic. secundo amplia multum, & ita se sæpius de iure respondisse, affirmat Abb. in c. fina. nu. 11. de rescrip. & alibi non semel, quem cum alijs cumulat. Tiraquel. de legi. connub. gl. 5. nu. 26. et in glo. 7. nu. 145. ac Crau. in cons. 118. nu. 8. & in loco mox citando, quod Alcia. in nostris constitutionibus obseruat lib. primo de verborũ signific. nu. 11. nec alia, vt tradit Crau. par. 4. sectio. prima tracta. de Antiq. tempor. nu. 49. videtur esse inter rationem expressam & tacitam differẽtia, quàm quod ubi ratio est scripta, facilius fiat extensio, quàm vbi expressa nõ est, glo. in Clem. sæpe. circa finem in uerbo partibus de uerbor. signific. expiscanda est enim tunc ratio, quæ disponentes mouere potuerit, item an unica sola, uel multiplex, ne aliàs causa carens actus*

corruat

corruat, c. erit autem diſtinc. 4. & c. cor. epiſcopi diſtinc. 68. cum nullus quiuis actus ualidus & legitimus abſque ratione exiſtimetur, Crau. in antepenul. par. primæ par. princip. tracta. de antiq. tempor. nu. 23. Menoch. lib. 2. de Arbitrar. Iudic. Centur. 1. caſu 82. nu. 11. & 12.

30 *Vbi autem in lege ſcripta ratio nõ eſt, quænam illa eſſe poſſit, ſapientis eſt Iudicis arbitrio remittẽdum Crau. in d. prima par. quar. par. princip. tracta. de Antiq. tempor. nu. 95. Ne alioqui in eius inueſtigatione altercatio non infrequens nonq́; leuis oriatur inter Aduocatos (ſi non tamen magis togati uulturij, forenſes harpyæ, huiuſmodi peſtes uocandi ſunt) de uictoria magis quàm de uero ſolicitos, & contentionis cupidiores, quàm ueritatis, quod maximè prudẽtiæ oppugnare, inquit Cicero, quem Alcia. refert in l. natura cauillationis nu. 6. in princ. ff. de uerbor. ſignific. atque cauillationibus (quibus graui uiro uti nunquam conuenit c. domus 24. q. 2.) Magis æris ratione quàm ueritatis amore, uel publicæ utilitatis ſtudio certantes, ut ſanctè admodum animaduertit Crau. in d. tract. de Antiq. tempo. in 3. par. primæ par. princ. nu. 48. in quinta par. eiuſdem primæ princ. nu. 34. in fine ultimæ par.*

eiusdem quoque primæ par. princip. & in quinta par. quar. par. princip. nu. 48. & Port. in cons. 71. nu. 26. Et hũc casum puto prætermissum fuisse à Menochio in suo erudito libro de Arbitrarijs Iudicum, ubi quadringentos cumulauit casus iudicis arbitrio remissos.

31 *At Iudex eam rationẽ, quæ iustos Principes, ac sapientes conditores ad ita constituendum, mouere potuit, in dubio coniecturare debet, l. scire etiam oportet §. consequens vers. sufficit autem, ibique Bald. ff. de excusa. tutor. Abb. in cons. 1. nu. 6. & 7. in cons. 75. nu. 5. uersic. item excluditur lib. 1. & in cons. 79. nu. 2. versicu. ex quo ergo verba lib. 2. ubi cosiderandum esse intendit, si in lege uel statuto ratio incerta non sit, qua causa motus fuisset sapiens ad hoc, vel illo modo disponendum.*

32 *Sed verbum illud sapiens otiose positum quis non existimet, quãdoquidem statuta a viris pru dentissimis fieri præsumantur. Crau. super rubr. ff. de lega. 1. num. 13. Alcia. respon. 80. nu. 3. & innuit Menoch. in nono recup. posess. remed. nu. 342. inde Ticinensis Ciuitatis statuta a Baldo Iuris interprete maximo edita fuisse fertur, vti Curt. Iun. affirmat, cuius iam citatus Menoch.*

meminit

meminit in conf.5.nu.12. Sic Paul. Castrenf. ordinamentorum Florentiæ correctioni præfuit, vt idem ipse atteftatur in l. vnica nu. 4. C. de inoffic.dotib. & Bergomenfis iuris reformator Albericus fuit, ut ipſemet in prima conſtit.cod. col.prima refert, & Vldaricum Zaſium Friburgenſis Reipub.leges municipales condidiſſe, ſcribit Ioannes Ficardus, in libro, quem edidit de vitis recentiorum Iuris conſultorum: conuenire his videntur, quæ ſcribit Bald.in l.1.nu. 1. ff. de leg. illius met textus argumento & per tex. in l.humanum, C.eod. ſtatuta non præcipitosè, minusq; inconſultè, ſed non niſi matura inter ſapientes deliberatione habita, condita præſumi quod egregiè Rebuff. proſequitur in proœm.conſtit. Regiar.glo.5.nu.19. Quocirca doctè prudenterq; intelligenda veniunt, Salice.in l.1. nu. 3.uerſic. Bald.tenet C. de ſeru. fugit. & Crau. in loco præcitato, Port.in conſil. 183. nu. 23. & 24. quia ſapientis oratio ſcite & ſapienter declaratur, l.nec auus, C.de emancip.liber.l.ſi dictum ibi & vulgus opinatur.ff.de euictio.atq; talis ſit eius interpretatio, ne poſſit a ſapientibus argui, l. Saluius Ariſto. ff. de legat. præſtan. l. ex facto in princip. ff. de vulg. & pupil.

quæ

quæ iura ad hoc trahit, Bald.in conſ. 91. per ſtatutum col.2.lib.4. Cui alij aſſenſi ſunt, quos citat Crau.in conſ.5.nu.14. quibus alios iūgit Cephal. in cons.13.nu.12.in cōs.76.nu.89.et in cōs.146. nu.20. & Menoch. alios addit in nono recup. poſſeſſ.remed.nu. 40. Sed & alia iura ſimulatq; authoritates vidit Port.in conſ.55.nu.56.

33 Iudex vero, ne circa ea, quæ non videt, coniectu rando, facile fallatur, Bald.in l. precibus nu. 23.C.de impub.& alijs ſubſtitut. Cum animi hominum, vt Cicero ad Brutum ſcribens, atteſtatur, perquam incerti ſint, in legis uel ſtatuti ratione conſideranda, ad naturalem rationem præcipue recurrere debet, ita poſt Iaſonem ab eo citatum notat eruditiſſimus Oſaſcus deciſio.59. nu.10. Sanè ut mox allegatus Crau. in d. prima par.quar.par.princip.tract. de Antiq. tempor. nu.96. per ſexcenta ferè iura ab eo cōiuncta tradit, ea ſola certa eſt, & indubia, habeturq; pro lege & æquitate ſcripta, atque idem eſt ratio naturalis, quod iuſtitia naturalis, rurſus naturalis ratio ad cuncta recte procedit, vixq; aliquid contra naturalem rationem reperitur, quod conſcientiam non remordeat, nec etiam naturali ratione certior quæquā eſt, quæ igitur potiſſima in

qua

qualibet interpræṭatione reputatur, uirtus quoque legis in naturali ratione consistit, cum eam imitetur, & eius pedagoga sit, & quam multæ leges pro solido fundamēto, ac firma causa adferant, & in quam se speculantur, & que sine lege sufficit, quæque ideo non aliter iudicem ac ipsa lex mouere debet, atque perpetuo intacta, & ubique illibata custodienda est, cum nullis temporum locorúmue limitibus claudatur, Bald. in l. nemo in princ. C. de senten. & interl. om. iud. quod de æquitate eleganter dixit Bal. in l. si defunctus nu. 8. uersic. item æquitas dicitur. C. de suis & legit. liber. & Cicero lib. 3. de Repub. cuius diuinam sententiā post Lactan. extollit Molin. in l. si unquā nu. 63. C. de reuo. donat. Sed & alias uirtutes causa naturalis habet, quas ibidē Crau. prosequitur, & in cons. 31. nu. 5. & latissime Tiraquel. pertractat in tract. cess. cau. limit. prima nu. 67. & multis sequētibus, qui dum interpretaturus esset l. si unquam C. de reuoc. donatio. quæ ut illic ipse docet, ex meris naturæ præcordijs est deprompta, eleganti hoc carmine lusit,

Est legis Natura parens, eademq; magistra,
Si nescis, legito hæc continuoq; scies.

34 *Nec minus æquitati iudex prospiciet, cum eā in*

omnibus

omnibus spectandã fore text. vulg. significet, in l. in omnibus quidem. ff. de reg. iuris, atque eam tanquam speculum ante oculos habere edoceatur l. quod si Ephesi ff. de eo quod cer. loco glo. ubi enim Bald. in l. inter filios. ff. famil. hercis. quæ conclusio pontificiæ quoque legi conuenit, c. dilecti de iud. & c. relatum de testam. cum simil. quæ nota sunt, Sed & alibi iuri dicundo præfectus æquitatis suasione commoueri hortatur, l. ubicunque. ff. de interrog. actio. etiam ad faciendum id quod aliàs non posset, l. etsi nihil. ff. de reg. iur. l. lis nulla. ff. de iud. Craue. in consil. pro Genero, num. 78. & l. fina. ubi pulchrè Angel. ff. de in integ. restitutio. Scite admodum & copiose Cephal. in pulchris casibus in cõsi. 28. nu. 40. & sequen. & in cons. 165. nu. 12. & 13. inde iustum iudicem eum, qui æquitatis sectator sit, Aluarotus appellat in c. 1. §. prædictis modis nu. 3. quæ fuit prima causa benef. amitten. cum alijs vulgar. Sed & virum probum iudicem æquitatis obseruatorem Alex. uocat in cõsi. 175. nu. 6. lib. 6. & in ijs quæ eius arbitrio committuntur, æquitatem à iudice debere seruari, notat Felin. in c. quoniam frequenter §. porro. nume. 14. ext. vt lite non contest. vbi citat Ioan. And. in c. 1.

de constit. quos refert Grammat. decisio. 98. nu. 8. In quam rem plura disseruit Menoch. lib. primo de arbitrar. Iudic. quæstio. 13. Scribit etiam Bal. in l. si defunctus nu. 8. C. de suis & legit. liber. quod æquitas est fundamentum interpretandi leges & pacta refert Iacob. Æmilia. cons. 79. nu. 3. Æquitas autem non ex capite hominis fingenda est, Clarissime Iurisconsultus in l. bona fides ff. depositi. Castren. in l. placuit C. de Iudic. Verum iuris tramites sequendi sunt, eaq; legibus munienda, fulciendaq; venit, Bald. in l. Æ dem C. loca. de quo & aliis cōparibus Crau. meminit in Corollar. respon. pro genero nu. 100. uersic. neque ex capite, quibus conueniunt, quæ Tiraquel. & Port. ex aliorum dictis annotarūt, Ille in titu. Res inter alios acta. fol. 20. versi. limita. quinto: iste vero in cons. 169. nu. 10. & posterioribus, Sed cæteris illustrius more suo rem hanc discutit. Molin. in consuetu. Parisien. §. 41. nu. 86. & 87. & aliquid in l. si vnquam nu. 49. C. de reuoc. donatio. quod etiam de eo iudice prædicatur, cuius aliquid conscientiæ fuerit remissum, vt conscientiam scilicet non nisi lege probatam sequi debeat, Bald. in l. ult. C. de pœn. iud. qui male iudic. & Iason in §. sed istæ. num. 139.

Instit.de actio.& eleganter, atque docte admodum Menoch.lib.primo de arbitrar. Iudic. quæstio.8.nu.44.& ante & post, & post eum celeberrimus D.Osascus decisio 79. nu. 46. & sequentibus. Verisimilitudinem quoq; iudex spectabit latissime. Tiraq.in præfatio.l.si vnquam nu.37.& multis sequentib. Vbi pleraque uerisimilitudinis præconia cumulauit. C. de reuoc. donation.

35 *Sed licet in dubio legum, constitutionum, aut dispositionum quarumuis aliarum vnica tātum ratio esse nō præsumatur, Salice.in l.si serui nu. 21.C.de noxal.actio. Alexan. in l.si constante in princ. nu. 5. vers. Sed quid si petenti ff.solu. matrim.Ias.in d.l.quamuis nu.8.C. de fideicom. & in d.Authen.quas actiones nu.22.uersic.& quid erit, si vnus Aduocatus C.de sacros eccles. Alcia.lib.primo.de verbor.significat.nume.12. in fine, cum alijs citatis per Cephal.in cons. 210. nu.61.ita vt dicenti vnicam tantum esse actus siue statuti rationem, probandi onus imcumbat Socin.Iun.in repetitio.rub.ff solu. matrim.par. prima nu.77.quia vnusquisque (quot enim sunt capita, totidem esse uoluntates, compertum est) suo proposito & intentioni aptam rationem di-*

uina

uinaret, quod ius uetat l. si putator. ff. ad leg. Aquil. l. fi. C. de contrah. empt. cum uulgar. Nihilo tamen secius, etiam si in hisce nostrorum statutorum generibus curæ agnationis conseruandæ causa non inseratur, cum tamen nullam aliam esse posse, receptum & interpretatum apud omnes sit, ea sola finalis & præcipua eorũ esse declaratur, Brun. in d. tract. stat. exclus. fem. 3. & quin. artic. princ. & passim Doctores sequũtur, & idcirco pro expressa habetur Crau. post uetustiores in cons. 8. nu. 14. & in cons. 118. nu. 8. & nouissime Gaspar Fabianus inter cons. Port. cons. 54. nu. 20. & ab ea potest argui tanquam si foret expressa d. l. his solis cum aliis, quorum supra meminimus. C. de reuoc. donat. Bald. in l. prima nu. 19. C. de sum. trinita. in d. l. 2. C. de in ius. uocan. & alibi sæpe, Panorm. in c. nihil nu. 9 de elec. in c. fina. nu. 11. de rescrip. alibique non raro Felin. cum ibi per eum congregatis in c. translato in fine de rescrip. Alber. brun. in precitato loco, & idem quoque Decius secum pugnas notauit, uoluit enim in cons. 13. nu. 7. in cons. 309. nu. 6. in l. si quis nec causam nu. 4. ff. si c cert. peta. & in d. l. 2. nu. 7. uers. secundus casus C. de in ius uocan. non posse argumentari ab ho-

rum statutorum ratione non expressa, & tamen contrarium postea affirmare non erubuit, nulla mutationis sentẽtiæ causa reddita in cons. 15.nu.7.uers.& licet in cons.617.nu.2. & alibi non infrequenter, concludendo non referre, expressa uel non expressa ratio sit, cum supradictis concordat Roland.a Valle in cons.55.nu.22. & in cons. 86.nu.6.lib.primo, vbi enim Decij infrequentis inconstantiæ meminit, a quibus nõ videtur dissentire Tiraquel.in præfatio.l.si unquam nu.64.C.de reuoc.donat. & ita receptius esse affirmat Alcia.in l. liberorum nume. 5. in princ.ff.de verbor.signific. Quanquam imo contrariam sententiam crebriorem esse, scripserit sibi ipsi etiam pugnas Cephal.in cons.110.nu.60. & ideo cum multiplex non sit, horum singularium iurium causa, incerta merito non dicetur, ita vt cauillosis Rabularum forensium altercationibus locus relinquatur, arg.l. 2.ff. de liber. & posthum.& l.fundus qui locatus ff. de fun. instruc.& animaduertit Crau.in consil.47. nu. 2.in consil.121.nu.6.& in consil.162.nu.5.

36 *Ex quibus consequens fit, (bis idem repetendo) causam, vt domus facultates saluæ maneant in hisce feminas succedere prohibentibus sta-*

tutis

tutis pro expressa haberi, etiam si eam scriptam esse non constet, cum expressum etiam habeatur quod licet verbis specificis & disertis non exprimitur, tacitè tamen ex mente legis & natura materiæ colligitur l. prætor ait, ubi Accurs. Bar. Bal. Paul. Ang. Alex. Ias. & cæteri. ff. de no. oper. nuntia. scitissimè & latissimè Crau. in consi. 147. nu. 2. in iudice cons. pro Gene. in uerbo expressum dicitur, & in eiusdem respon. corollar. nu. 37. uersic. expressum id habetur, At cum in decreto feminarum exclusiuo præsentis marchiæ ratio sit scripta, consequens est, omnis huius controuersiæ disceptationem superfluam intelligi, l. ancillæ subtractæ. C. de furt. & ita in pulcherrimis facti speciebus responsum est a plerisq;, quorum puto meminerint. Crau. in consil. 4. nu. 21. in consil. 47. num. 2. alibiq; non raro & Cephal. in cons. 4. nu. 24. & in consi. 138. nu. 20.

27 *Bartoleios vero in d. l. liberorum nu. 12. ff. de verbor. signific. quidam posse saluari, putarunt, si dicamus ipsos intellexisse extensionem in correctorijs prohiberi, quando in dispositionibus, quibus variæ & multiplices possunt causæ finales adaptari, Ratio nuncupatim descripta non est itaque videtur sentire Abb. in cons. 1. nu. 7. lib.*

 primo

primo, & Nicol. Euerad. in argumento & ratione legis larga nu. 22. & posterioribus. Sed meo quidem iudicio hæc solutio nec vera, nec tuta est, planè Bart. & qui ei assensi sunt, non in constitutionibus, quæ diuersas & binas possunt recipere causas finales & præcipuas, sed in terminis indiuiduis nostrorum municipalium iurium, quorum vnicam, agnationis scilicet custodiendæ causam esse supra ex veriore & crebriore sententia conclusum habemus, locuti sunt. Quamobrē nulla est dabilis melior solutio Bartolo, quam vt ingenue eum in hoc (veluti alij omnes quàm sæpe faciunt) lapsum fuisse fateamur, maior enim homine non fuit, nec minus ipsi quàm cæteris Dauidis illud conueuiet psal. 138. imperfectum meum viderunt oculi tui, proprium est namque hominis sæpe falli, & fallere c. a nobis de sent. excomun. & in nullo peccare mortalitatis non est, l. 2. versic. si quid autem. C. de vete. iūre enuclean. impossibile est, solebat Crates Thebanus dicere, aliquē inuenire, qui aliquando non errauerit, in quam rem scita admodum plura Tiraq. cumulauit in tracta. de nobilita. cap. 31. nu. 539. & in terminis vestræ disputationis, Bartolum, & eius Asseclas Alcia. reprehendit

prehendit lib. primo de uerbor. signific. nume. 11. & alij plerique.

38 *Ex his satis manifestò liquet extentionis materiam esse Gordio nodo magis implicitam, & Dedaleo labyrintho inextricabiliorem, in qua grauissimi & consumatissimi iureconsulti non parum laborauerunt, cum eius nulla quasi certa scientia possit haberi, sicuti Decius animaduertit in l. illam nu. 11. uersic. ex hoc in effectu C. de collatio. idque manifestissimum esse ait, ex his, quæ Ang. Aret. refert in d. §. ius autem ciuile Instit. de iure natura. Vbi pro Vna parte plures glosarum & Doctorum authoritates allegat, & totidem contrarias alio ex latere adducit tota tamen extentionis materia, in rationis identitate fundatur, qua cessante, cessat extensio, cessat autem extensio, Vbi maior est ratio, in Vno casu quàm in alio, sicuti pulcherrime & peregregie Crau. demõstrat super quæst. sta. Ferrari. nu. 52. in cõs. 17. nu. 2. in cõs. 67. nu. 6. in cons. 173. nu. 13.*

39 *Statuta igitur id genus, inquiunt Doctores, tanquam odiosam dispositionem continentia ad bona extra territorium posita nõ extenduntur, ne odia amplientur, c. odia de reg. iur. in 6. quæ conclusio crebrior Videtur, quippe quod quasi*

tota doctorum turba, quam dinumerare facilè nemo posset, tum docendo, tum de iure respondendo, eam sequi videatur, Alber. Brun. d. tracta. stat. exclus. fem. 8. artic. princ. quæstio. 25. inde Roland. Vallens. in suo de lucro dotis tract. quæstio. 20. nu. 14. ab ea tanquam magis recepta recedendum non esse, putat, cui subscribit Franciscus Viuius in commun. opin. in verbo statutum excludens. nu. 15. & inconcussam sententiam hanc existimari, vt municipalia iura loci, vbi bona posita sunt, attendantur nouissime post infinitos patres ab eo cumulatos respondit Port. in cons. 86. nu. 4. repetito in cons. 127. nu. 3. & 4. omnes ea potissimum ratione, siue ut uerius dicam errore nitentes, quod harum constitutionum argumentum odiosum sit, Alcia. respon. 60. nu. 10. & respon. 71. n. 7.

40 *Veruntamen odiosa non esse statuta a successionibus feminas repellentia, quarũ conditionem longe virili inferiorem in plerisque iuris argumentis positiuus ipse legislator esse voluit l. in multis iuncta glo. ff. de sta. homin. l. prima. ff. de Senator. l. prima, & ibi doctores. C. ad leg. Iul. de adulter. & l. 2. cum ibi notatis a Decio, Cagnol. & aliis. ff. de reg. iur. ex eo docetur, quod*

Bald.

Bald tradit in conſ. 473. circa quæſtionem col. prima in fine lib. 5. odioſam diſpoſitionem non vocari niſi contra quam perſona ſtatuitur, ſe ſe tali odio dignam præſtiterit, Baldi theoricam ſecuti ſunt plures, quorum meminit Menoch. in primo remed. recup. poſſeſſ. nu. 22. addo eiuſdem ſententiæ Ang. in conſ. 281. nu. 3 repetito. in conſ 344. nu. 3. Alex. in conſ. 221. nu. 2. lib. 6. et Bertrãd. in l. hac edictali. nu. 9. C. de ſecun. nup. ergo non propterea, quod mulieres hæc ſtatuta ſuccedere prohibeant, odioſa ſunt, nec enim hoc odio hæ dignæ ſunt, ſed bene fauorabilia habenda ſunt, quod in lineæ maſculinæ fauorem fiant, Quòd ſi alias in eorum natura diiudicanda, feminæ excluſio præcipue conſideraretur, abſurdum non uulgare uix euitari poſſet, ecce cum quem alicuius rei commodo priuare, pœnæ quædam ſpecies eſſe videatur, l. moris. §. Sunt autem. ff. de pen. c. ſuper literis de reſcrip. Dec. in. c. 2. nu. 5. uerſ. in gloſa in verbo diſpendijs de conſtitutio. Item & aliquid in alicuius odium cõſtituere, pœnam redolere appareat, ex his quæ Alex. ſcribit in l. in actionibus nu. 14. ff. de in litem iuran. & tradit Natta. in conſ. 202. in fine procul dubio ita femina, qua non delinquit, pœna plecti diceretur

diceretur, quod tamen a iuris candore prorsus dissidere constat l. Sancimus. C. de pœnis Bald. pulchrè in l. si ideo in princ. C. de his, quib. vt indign. cum aliis citatis per Cephal. in cons. 213. numero. 7.

41 *Exemplo res magis pespicua redditur, in constitutione illa, qua cautum est, è sua possessione deiectum nulla interposita mora restituendum fore, quæ merito odiosa reputatur, idcirco quod spoliatoris personam principaliter respiciat, qui id demeruit, cum ius sibi temere ausus fuerit dicere, vt voluit Ioannes Corasius lib. 2. miscellanearum iuris cap. 2. nu. 2. quem amplectitur Menoch. in d. primo remed. recup. possess. nu. 13. & sequenti & in 6. remed. nu. 18. Ita statutum in contractu mulieris vel minorũ propinquiorum consensum requirens, cum principaliter ad succurrendum eorum fragilitati, ne decipiantur, introductum sit fauorabile existimatur, vt notat. Crau. in quæstio. statu. Ferrari. nu. 8. 9. Sed concordantes plures admodum vocat Tiraq. de legib. connubial. glo. 8. nu. 214. & sequen. sic Senatusconsultum Macedonianum odiosum dicitur, cum præcipue odium fœneratorum, quo digni sunt, c. 2. cum glo. in verbo iuris seueritate*

de

de Iudæis constitutum esse, receptum sit, glo. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ignoran. Bartol. in l. qui exceptionem. in princ. nu. 2. ff. de cond. indebit.

42 *Minus dicendum est, ista statuta partim fauorabilia, partim odiosa esse, tunc enim distinctio illa verificatur, cum odium fauori, vel econtra, non prævalet, & res maxime dubia est, cunque coniicere non possumus, an plus in fauorẽ vnius quàm in alterius odium constitutio sit introducta, & ita non minus docte quam elegãter Menoch. concludit in d. 1 remed. recup. possess. nu. 37. & 38. Sed ante ipsum licet ab eo non citetur, idem videtur significasse Tiraquel. in præfatio. tractatus de retrac. consang. nu. 67. in fine. Sed in terminis nostris res dubitatione vacat, fauorem agnatorũ principaliter intueri. Erit igitur fauorabilis id genus constitutionum dispositio, quo fit, vt ampliationem & latam interpretationem admittat, l. hoc modo vbi glo. in verbo adiuuandam. ff. de conditio. & demonstra. Salicet. in l. prima. nu. 14. uersic. præterea hoc statutum. C. de sum. trin. Alber. Brun. d. tracta. statu. exclus. femin. 4. artic. princip. versic. Sed verior & magis communis: Et hanc sententiam se*

legendo

legendo, consulendoue, fuisse secutum, affirmat Curt. Iun. in l. certum nu. 8. C. vnde legit. & crebriorem esse, post Io. And. Bart. Bald. cæterosq́; iuniores ab eo relatos attestatur, cumulatissimè. Port. in cons. 11. nu. 15. in cons. 13. nu. 11. & in cons. 35. nu. 8.

43 Quod ita esse, ratione quoque comprobatur, quale enim quid sit, ex finali eius dispositione iudicatur, & qualis actus sit, id prospicitur, quod à principali agentium intentione dependet l. si quis nec causam & l. rogasti in princ. & vtrobique Bald. ff. si. cert. peta. l. qui exceptionem in princ. ubi notat omnes. ff. de condic. indeb. glo. singularis in l. non vere dicitur. ff. ex quib. caus. maio. cum vulgar. de quibus per Tiraquel. de retrac. consang. in præfatio. nu. 56. & in. §. 30. glo. prima nu. 4. & 5. & in nostris speciebus ex facto plures consulti responderunt & docuerunt.

44 Nec attenditur aliqualis illa odij consideratio, quæ ex feminarum successionis prohibitione profluere videtur, erudite Crau. in cons. 118. nu. 9. & 10. quandoquidem illud certum est, constitutionem quæ in primis partim fauorabilis, partim odiosa censetur, secundum internam & principalem disponentis intentionem attendi debere,

Abb.

Abb.in c.primo.nu.10.de loca.& conduc.quod a glo.doctrina est decerptum in c.sciant.in verbo alios ante finem de elec.lib.6.& a Bart.in d.l.qui exceptionem in princ.nu.2. dum exemplo senatusconsulti Velleiani utitur, quod cum sit ad principalem mulierum utilitatem introductum, fauorabile reputatur glo.in l.cum quis circa medium.C.de iur.& fac.ignoran.Tametsi in consequentiam aliorum incommodum respiciat Bartol.probarunt. Bald.in l.si quis in conscribendo nu.5. C.de pac. & alij de quibus per Rebuff.in proœm.consti. Regiarum glo.prima.nu.72.Tiraquel.in tract.de retract. consang.§.30. glo.prima.nu.5.& 6.Crau.in d.cons.118. nu.8. 9.& 10.& in cons.242. in princ. & Menoch. in d.primo remed.recup. possess. nu. 28. & 333. palam enim illud omnibus est, non posse quippiã in fauorem vnius extendi, quod non in alterius odium vertatur, & econtra Tiraq.in præfatio. retract.nu.65.& odio in materia proposita fauorẽ præualere, scribit Bald.in l.ab exequutione in fine. C. quorum appella. non recipian. & Doctor.presertimq; Castrens. in d. l. qui exceptionem in princ.nu.3.& 4.tametsi verius dicendum sit, superflua hic hæc videri, cum satis

supra

ſupra perſpicue oſtenſum ſit, quicquam odij in his ſtatutis non eſſe, minusq; dupliciter conſiderari, Sed ea penitus fauorabilia eſſe. Quare ſatis inane etiam eſſe putem, quod paßim tam veteres quàm neoterici in d.l.2.C.de in ius uocan. & alibi tradunt, duo principalia capita iura hæc ſingularia habere, vnum videlicet agnatorum maſculorum incluſiuum, & alterum feminarum expulſiuum.

45 *Fuere tamen, qui diſcordias ſcindere cupiẽtes, dum crediderunt altius & acutius philoſophari ceteris longius & fœdius aberraſſe videantur. Putarunt enim, tunc odioſas iſtas conſtitutiones eſſe, & ideo vltra territorium non extendi, ſi fe minas excludi contingat, quibus ſtatutum eſt legitimam deberi. ſecus autem ſi de mulieribus repellendis agatur, quibus legitima nõ pertineat in quam ſententiam Alex. Corn. Rubeus. Alexandri. Curt. poſterior & alij plures iuerunt, quos citat Cephal. quibus & ipſe adſtipulatur in conſ.120.nu.9.& 11.& in conſ. 278. num. 108. quod ego ſatis non probo, quippe quod, non quis excludatur, ſed quomodo agnationis ipſius honos conſeruetur. principalis ſit ſtatuti voluntas Natta in conſ.581.nume.28. Accedat vlterius,*

quod

quod nõ ita sit dispositionis fauor intuẽdus, quin & prospiciendum quoque veniat, nunquid ex statuto poßit talis ampliatio, & extensio admitti, pleraq; enim fauorabiliter disponuntur, quæ tamen potestatis defectu extra iurisdictionem non sortiuntur effectum, exemploq; res ipsa clarior redditur, in statuto affines compromittere cogente, quod licet fauore ad lites dirimendas, & rancores euellendos abundare existimetur l. prima & l. quamuis. ff. de arbitris Bald. in prima constit. eod. §. 1. nu. 9. in l. affinitatis. nu. 3. C. comm. de succeßio. & in l. qui se patris nu. 12. in fine, vbi etiã Alex. nu. 22. et 23. C. vnde libe. idem Alex. in rub. ff. solu. matrim. nu. 22. uersi. Sed mihi plus placet, & alibi, ut refert alios cumulando Craue. in tracta. de antiq. temp. prima par. quar. par. princip. num. 79. alios Roland. in cons. 72. nu. 65. lib. primo. & in cons. 57. nu. 13. lib. 2. alios Natta in cõs. 622. nume. 7. & alios Port. in cons. 76. nu. 4. potestatis tamen defectu forensem non ligat. Bartol. & ceteri in l. prima C. de sum. trinit. Tiraquel. in tract. de iure primogen. quæst. 43. num. 4. & latißime Cephal. in consil. 32. nu. 14. in consil. 53. nu. 39. & in cons. 54. nu. 2. nec etiam pro bonis in statuentium territorio

ritorio positis, secundum infinita penè cumulata per Crau. in cons. 271. nu. primo. Nec satis Cephali ratio in d. cons. 278. nu. 109. consistere meo iudicio videtur, quod scilicet illud verum esse videatur, quia respectu priuationis legitimæ filias statutum exhæredare quodammodo dicatur, per authoritates ibi ab eo cumulatas, exhæredationē autem odiosam prorsus esse l. cum quidam. ff. de liber. & posthum. & ideo coangustandam. Respondetur etenim, considerationem hanc falsam esse quandoquidem cum statutum velit feminas quas excludit, antea dotari, etiam si id non dicat Bald. in l. fina. nu. 3. C. de dot. promis. cum alijs infra aggregandis in calce operis versic. sciendum est tamen nu. 149. consequens fit, eas hæredatas non posse dici, cum Dos illa loco legitimæ, (quamquam illi aliquando inferior, & non tamen quoad omnia) succedere credatur, l. quoniā nouella. C. de inoff. testam. Salice. in l. 2. in 2. notab. C. commun. de lega. cum alijs de quibus per Cephal. in cons. 245. nu. 12. & Menoch. lib. 2. de Abitr. iud. centur. 2. casu 149. nu. 9. Vlterius Cephali argumētum destrui quoque ex his posse videtur, quæ infrà scripta sunt vers. Sed age fac nu. 97. & vers. cæterum. Sicut filia ex testamen

to exclusa nu. 107. exhæredationem quippe hominis omnia bona complecti, item & odiosum subiectum ad id, quod accessorium est, porrigi.

46 *Potissima vero & principalis horum statutorum, vt etiam supra tetigimus nu. 35. causa fuit agnationis propagationi consulere Bald. Ias. & cæteri in d. l. maximum vitium, Rolan. a Valle post vetustiores, quos refert in cons. 55. nu. 3. lib. 1. quæ ratio communis esse existimatur, non solum contemplatione legis feminas ipsas excludentis, sed intuitu cuiuslibet humani actus, masculum ipsum feminæ præferri prouidentis, vt & is ob filiæ honoris commoditatem factus esse credatur. Port. post Marian. Iunio. ab eo citatum in cõs. 6. nu. 57. Torniellus & Tiber. Decianus inter d. Portij consilia, iste in cons. 42. nu. 8. ille vero in cons. 81. nu. 29 & 30. Addo Alcia. lib. 1. de verbor. signific. nu. 12. in fine, tametsi idem Socin. aliter aliquando voluisse videatur feminas scilicet plerunque alia quàm agnationis conseruationis ratione excludi, vt in cons. 28. nu. 26. lib. 4. & alibi vt refert, alios in auxilium vocando Cephal. in cons. 196. nu. 14. & in cons. 251. & in cons. 252. nu. 12. quod ego receptũ non esse reor: Sed cum hæc ratio publicam vtili-*

tatem respiciat, l. 1. §. quamuis. ff. de inspicien. vent. Bald. in authen. habita nu. 10. in fine. C. ne fil. pro pat. Crau. in conf. pro gene. nu. 352. & in eiusdem respon. corollar. nu. 63. & passim pertractatum & responsum extat, vt patet ex cumulatis per Port. in conf. primo nu. 50. 51. in conf. 6. nu. 52. 53. & in conf. 11. nu. 14. ante finem, merito iusta & fauore plena esse dicitur, Bart. in l. quæcunque nu. 4. C. de fide instrum. & iur. hastæ fiscal. lib. 10. Ias. in l. Barbarius per illũ text. nu. 24. ff. de offi. prætor. cum alijs, quorum meminit Craue. in conf. 135. nu. 21.

47 Quocirca effectum est, ut innumera ferè singularia ob huius causæ fauorem nõ inanem passim introducta & recepta a iuris interpretibus fuerint: ecce quid operetur, agnationis tuendæ fauor, alienationis prohibitio, quæ tanquam naturalem rerum administrandarum libertatem coarctans, odiosa vocatur. scriben. in l. filiusfamiliâs. §. diui de lega. 1. Dec. in conf. 377. num. 5. in conf. 511. nu. 5. Capicius decisio. 108. nu. 14. & 15. & Cephal. in conf. 17. nu. 28. & ideo strictiorem interpretationẽ recipit, c. odia de reg. iur. lib. 6. ampliatur tamen ex ea ratione, quod bona in familia remaneant, Bart. in l. pater filium. §. fandum

fundum nu.2.ff.de lega.3. cui Ruinus, Socinus, Corneusq; & alij assensi sunt, quos uocat Cephal in cons.16.nu.57.

48 *Qua ratione etiam constitutum est, ut tametsi alienatio extra familiam fieri prohibita, in filiam tanquam personam de familia d. l. pronuntiatio in fine, cum alijs mox cumulatis.ff.de uerbor.obligat.facta teneat l. uoluntas patris, ubi omnes aduertunt, præsertim Bald.nu.7. C.de fideicom.Dec.in cons.223. nu. 3. uers. circa quod est primo in cons.287.nu.12.& in l.2. nu. 85.ff. de reg. iur. cum alijs allegatis per Tiraquel. in tracta. de legib. connub. glo. 3. nu. 7. permissa tamen non censeatur, extante statuto bonorum in domo conseruatiuo & feminarum expulsiuo, Alex.in l. qui Romæ. §. coheredes nu. 4.ff. de uerbor.obligat.cum alijs, quos iungit Port. in cons.13.nu.15.Sicut & in testamento, quo filiabus repulsis alienationem testator uetauit, quia facultates in agnatione remanere iussit, ne alias eius splendor paupertate obscuraretur, talis alienatio in filiam uel alium coniunctum, per quem domus non conseruetur, alius licita inhibita esse intelligitur. Hieronymus Gratus in cons.68.nu. 14.lib.2.quem sequitur Carol.Molin.in additio*

nibus ad Dec.in d.conſ.287. nu. 4. in uerbo nuptas, pro qua ſententia alij reſponderunt, quorum meminit Port.in d.conſ.13. quamquam ipſe ab his recedat, & meo quidem iudicio male.

49 *Amplius fideicommiſsi argumentum, quod odioſum eſſe conſtat, Ang. Alex. Aret. & cæteri in l.qui Romæ §. duo fratres. ff. de uerbor. obligatio. quia id onus eſſe dicitur, l.cohæredi.§. cum filiæ. ff. de uulg. & pupil.ſubſtit. l. ab eo & l.quidam filium. C. de fideicom. cum ſuis comparibus, quare fit interpretatio ut remoueatur potius quàm inducatur. Dec.in conſ.465.nu.14. Paris in conſ.41.nu.31.lib.1.cum alijs pleriſque relatis per Molineum in apoſtillis ad Dec. in conſ. 336.in fine in uerbo in dubio, quibus alios addit Crau.in conſ.130.nu.primo & in conſ. 208. nu. 3.Bellon.in conſ.41.nu. 8. & alios recitat Cephal.in conſ.45.nu.12.in.conſ.46. nu. 15. 16. & in conſ.67.nu.4.Inde etiam fideicommiſsi materia interpretatione non iuuatur, Sed ſtrictam admodum intelligẽtiam patitur. Crau. in d.conſ. 208.nu.3.ubi arguit Socinum inſtabilitatis, & pluribus Cephal.exornat in conſ.134. nu. 21. & ſequentibus. Sed ſcitiſsimè & abundè Alcia. pertractat in l.prima uerbo non iniquis. ff. de*

pac.responso.96.nu.8.respon.134.nu.7.& 8. respon.492.nu.4.respon.529. nu. 15. & sequentibus, alibiq; sæpissime inducitur, tamen ex alienationis inhibitione, quando testator domus facultates in familia perpetuo manere voluit, diffuse Dec. in cons. 23. in princ. cum additio. in verbo familiæ in cons. 38. nume. primo. in cons. 182. nu. 11. & sequenti in consil. 287. nu. 6. 7. 11. vers. non obstat. in cons. 321. nu. 9. vers. & non omitto etiam in cõs. 336. nu. 4. in cons. 381. nu. 5. & alibi, sicut refert & assentitur alios nominando Crau. tracta. de antiq. tempor. in 4. par. primæ par. princip. nu. 23. in cons. 113. nu. 5. & in d. consil. 130. nu. 10. vltra quos alios vocat Alba. in cons. 54. per totum, alios Cephal. in cons. 88. nu. 33. in cons. 134. nu. 29. & sequen. in cons. 137. nu. 10. in cons. 153. nu. 53. & in cons. 269. nu. 7. 8. & 9. Idem Molin. in cons. 26. nu. 11. & 12. & alios insuit Port. lib. 1. commun. cõclusio. reg. 37. versic. si vero prohibitio, vbi questionẽ hãc pro dignitate declarat.

50 *Quin duplex hic odium consideratur, inductionis fideicommissi & alienationis prohibitionis, quam ut odiosam mox ex iurium & authoritatum sententia, ampliandam non esse, scripsimus:*

Et licet regulariter ex alienationis prohibitione, non nisi in casu contrauentionis fideicommissum uideatur induci, pulchrè & subtiliter Cephal. in d. cons. 17. nu. 22. in cons. 269. nu. 44. in cons. 275. nu. 6. & in cons. 294. nu. 4. & 5. Quando tamen in agnatione facultates custodiri, testatorem voluisse, constat, etiam contrauentione non sequuta, ex huiusmodi prohibitione fideicommissum oriri, receptum est, in quam sententiam plerosq; Port. aggregat. in cons. 6. nu. 22. in cons. 13. nu. 5. & 30. in cons. 63. num. primo. in cons. 137. nu. 4. & Alba. in cons. 54. nu. primo. a quibus non recedit Torniel. inter dicti Portij cõsilia, cõs. 43. nu. 26. Nec enim aliter testatoris voluntati satisfieri, possibile videri. Crau. osten dit in d. cons. 130. nu. 10. & Cephal. in cons. 134. nu. 32. post Iasonem & cæteros in l. uel singulis ff. de uulg. & pup. subst. & scitissime modo ad manus meas delatus declarat præclarissimus D. Osascus decisione 50. per totam.

51 *Nec solum, vt prosapiæ dignitas maneat, & augeatur, fideicommissum procreatur, sed & ampliatur, extensionemq; capit Dec. in consil. 574. nume. 5. Paris. in cons. 76. lib. 2. Craueta in consilio 306. numero quarto. Alciatus respon.*

126

126.nu.13.& Cephal.in conſ.16. nu. 43. eruditè multum Molin.in conſ.51.nu. 5.cuius poſtea fideicommiſſi ſpecies ratione ſupradicta contra propriam naturam fauorabilis reputatur, vti Curt.iunioris authoritate fretus Cephal.reſpõdit in d.conſ.137.nu.4.& in cõſ.196.nu.28.Itaq; ſicut ſupra duplex odium nanciſcebatur, hic binus fauor deſcendit, inductionis ſcilicet, & ampliationis fideicommiſſi. Ecce modo ſi hæc, quæ pure & mere odioſa ſunt, ex ratione hac ampliationis honorãtis familiæ accidentaliter fauorabilia fiũt, quomodo odioſa eſſe poſſunt. & quare nõ ſaltẽ æque cum illis ſtatuta hæc noſtra fauorabilia cẽſenda ſunt.quibus propriè, naturaliter et cõmuniter, cauſa hæc, ſimilatq; ſemper accedit.

52 Rurſus licet communiter reſtitutioni hæreditatis prælegata non ſubiaceant l. Marcellus. §. quidam liberis, ubi ſcribentes omnes pertractãt. ff.ad Trebell. Bald.in l.cum virum nu.5. & ſequentibus.C.de fideicom.ſi tamen maiorem immobilium partem abſorbeant, eóq; nomine facta ſint, vt perpetuo in familia maneãt, eá fideicommiſſo ineſſe non ambigitur, Port. præter ab eo cumulata in cõſ.6.nu.26 & ſeq.& ita curiã ſupremam Burdegalenſem obſeruaſſe tradit Pa-

pon.lib.20.Arrestorum titu. des substitutions. artic.17.

53 *Quo nomine etiam constitutum est. vt substitutio facta antiquiori de familia, primo deficiente, non euanescat, sed de gradu in gradum extendatur, si agnationis splendorem testator præ oculis habuerit, quod ex facto Ancharan. consultus respondit in consil. 27. col. penul. cui assensi sunt inter cæteros Dec. in consil. 516. nu. 26. Alba in consi. 51. nu. 14. Rom. in cons. 438 nu. 14. & Crau. in cons. 161. nu. 9. & egregie Socin. declarat in l. Gallus. §. nunc de lege nu. 19. de liber. & posthum. addo Nattam in consi. 531. num. 27. & Craue. in consil. 180.*

54 *Pari quoque modo Falcidia detrahenda nõ est, ex his bonis, quæ inalienabilia esse & extra familiam nõ exisse testator sanxit Authen. Sed et in ea, iuncto corpore vnde sumitur, ubi Bald. C. ad leg. Falcid. ex qua re a Falcidia ad Trebelliani cam ratiocinando l. Marcellus. §. res quæ cum vulg. ff. ad Trebel. sufficientem etiam coniecturam ad quadrantis ex Senatusconsulto Trebelliano permissi detractionis prohibitionem deprehendi, Port. nouiter respondit in consil. 92. nu. 76. Cui addo Albam in cons. 54. in fine vbi*

quoque

quoque Corneum in auxilium citat, & Nattam alios vocantem in conſ.528.nu.34.verſ. etſi diceretur in oppoſitum: quibus concinnunt, quæ Baldi authoritate in l.poſt mortem nu.7.C. de fideicom.ſcribit Dec.in conſ.495.in fine & Natta in cōſ.321.nu. 9. Trebellianicæ detractionem permiſſam nō cenſeri, quoties filij inſtituti ſunt, agnationis ipſius contemplatione, proximioribuſq; de genere bona rogati ſunt reſtituere, quorum vterque mihi in re illa male conſuluiſſe uidetur, idcirco quod approbatiſsima & inconcuſſa apud omnes hodie ſit ſententia, nullo modo poſſe patrem filijs primi gradus huiuſce quadrantis deductionem impedire Iulius Clarus lib.3.receptarum ſenten.§. teſtamentum quæſtio. 63. & latiſsime Roland.Vallen.in conſ.12. nu.6. et alibi lib.primo, atque cæterorum omnium locupletiſsime Port:in conſ.92.in 4. dubio et in cōſ. 126.nu.2.3.et 4.& Menoch.lib. 2. de arbitrar. iudic.Centur.tertia caſu 256. nu. 35. & 36. Ita ut indigeſte et ad pauca conſiderātes, hi ſentire videantur, qui contrariam opinionem veriorem, et receptiorem eſſe teſtantur. vt poſt Marian.Iunio.in conſ.112.in fine lib. 3 tradit idem Port.in conſ.55.nu.47.Nec ſatis ueram eſſe pu-

to Iulij Clari præcitato loco in versiculo non pō test negari, distinctionem, quòd scilicet Trebellianicæ tunc demum deductio prohiberi possit, vbi agnatio contemplata fuisset, et descendentibus non etiam extraneis hæreditatis restitutio facienda esset, quæ ita etiam Decij et Nattæ responsa. secundum quæ etiam videtur consuluisse Rubeus in cons. 73. nume. 8. et sequentib. et in cons. 143. fulcire videretur, præsupponendo (si non tamen inanis & superflua est hæc quæstio, quippe quod indubitati, ut mox diximus, apud omnes iuris sit, quartam huiuscemodi nullo modo per testatorem in primi ordinis filijs prohiberi posse.) quod iubente testatore totam & integram hæreditatem restitui, expreßim censeatur uetita quadrantis detractio, in quam opinionem ultra citatos a Dec. in d. cons. 495. nu. 23. ab alijs etiam itum est, quos cumulat Clarus in d. §. testamentum quæstio. 62. uers. Sed nunquid si testator, Molin. in cons. 7. num. 57. et 58. et alij Neoterici paßim ex facto consulti responderunt: Clari inquam modificationem non laudo, quæ nec ab eo aliquo modo probatur, quia constitutio Zenonis in l. iubemus. C. ad senatuscon. Trebell. vbi memorata communis opinio colligitur

tur, præcise & per uerba vniuersalia loquatur, ibi omnibus modis & c. quæ omnem prorsus restrictionem excludere videntur, vt in terminis Portius animaduertit in d. consil. 92. nu. 41. & quia etiam ibi nuncupatim legislator loquitur, vbi nepotes cæteriq; descendentes & proximiores ad fideicommissum appellantur, & nihilominus quartam pro authoritate senatusconsulti Trebelliani filium restitutionis censuræ subiectum, in bonis ipsis hæreditarijs non etiam per fructum computationem retinere sinit, idque etiam si contrarium pater rogauerit: Quare mihi bene sentiisse videatur Roman. in cons. 206. nu. 5. qui dispositionem d. authen. Sed et in ea C. ad leg. falcid. quæ cessare Falcidiam statuit in his bonis, quæ distrahi ea ratione prohibita sunt, vt familiam non egrediantur, sed apud successores permaneant, non habere locum tradidit in filijs primi gradus, quibus speciali iure concessum est, contra patris voluntatem quartam omnimodo in corpore ipsius hæreditatis percipere, & a Romano uisus est non discedere Natta. in d. cons. 528. nu. 36. & Alba. in cons. 7. nu. 7.

55 *Sed nec dissimili ratione, ut redeamus unde discessimus, fideicommissariam substitutionem vl-*

tra

tra quartum gradum, etiam si indefinite concepta sit, extendi non solitam §. nos igitur uersic. codicillum in Authen. de restit. fideicom. Alex. in consil. 56. in princ. lib. primo, fusissime Ripa in l. filiusfamilias §. Diui circa finem. ff. de lega. 1. quod etiam Diui Principis nostri edicto cautum est inter ordinationes Molin. factas artic. 57. si ad propagandum agnationem testatorem respexisse appareat, vltra quartam generationem protrahi, frequentiore Doctorum calculo receptum est, erudite & late Dec. in consil. 23. latissime Port. in consil. 6. nu. 24. & inter d. Portij consilia Gribald. consil. 40. nu. 29. & cumulatissime Cephal. in consil. 114. nu. 35. & in d. consil. 137. nu. 38. addo Molineum in consil. 7. nu. 21. 22. & usq; ad 30. in consil. 26. nu. 14. & in consil. 51. nu. 34. & 35. & Alexandrin. in consil. 28. nume. 7. Erit tamen cogitandum, nunquid prædicta Regia ordinatio ad fideicommissa extendatur, quæ pro familiæ splendore tuendo facta fuerint cum per uerba generalia loquatur, atque prohibeat substitutionum effectum vltra quartum gradum porrigi,, quibuscunque illæ verborum solennitatibus conceptæ sint, et hæc sunt verba: Auons dit, declaré, & ordonné, que toutes substitutions

stitutions faites auparauant nostre dicte ordonnance d'Orleans, en quelque disposition, que ce soit, par contracts entre vifs, & derniere volonté, & soubs quelques paroles, qu'elles soyent conceuës, seront restrainctes au quatrieme degré, outre l'institution, &c.

56 *Aliud huic proximum singulare docet Iaso. in repetitio, l. filiusfamiliâs §. Diui nu. 115. & ibi declarat Ripa nu. 112. ff. de legat. primo, prohibitionem scilicet de non alienando hæredi nominatim factam, quæ hæredē hæredis afficere nō solet, ob additam tamen prohibitioni conseruationis agnationis rationem quemlibet hæredis successorem usque in infinitum complecti, quod etiam postquam hæc scripsissem, notatum legi apud Illu. virum D. Osascum decisio. Cismontani senatus 50. num. 5. & 6. vbi rationes subdit.*

57 *Similiter filij positi in conditione, vbi ratio masculinitatis arguitur, & constat testatorem cupiuisse, vt bona a familia non recederent, censetur ad dispositionem vocati, ita ut substitutos excludāt, Guido Papæ decisio. 184. nu. 2. Quam opinionem post non breuem disputationem amplectitur Boerius alijs plerisque ab eo relatis consulto omissis decisio. 155. nu. 18. vbi affirmat*

curiam

curiam supremam Burdegalensem, in qua ipse Protopræsidis munere functus est, nõ semel ita iudicasse, sed Cagnolus in l. prima nu. 49. C. de pac. post. Deciũ & alios se pro hac conclusione in arduis causis non semel consuluisse, & in Pedemontana curia frequenter obtinuisse, scribit, idem sub Venetorum ditione iudicatum, Curt. minor ait in d. l. prima nu. 13. & 14. C. de pac. & in cons. 87. ac Socin. Iun. in cons. 158. nu. 71. lib. 2. & ita in predicto Venetorum dominio ui disse, obseruari, respondit Tiber. Decianus inter cons. Portij in cons. 42. nu. 5. & in cons. 44. nu. primo. assecIarum infinitum propemodum numerum (ne omnes nominando frustra membranas impleamus) refert Crauet. in cons. 62. nu. 9. in cons. 130. nu. 2. et in cons. 155. nu. 2. quibus alios insuit Aemil. Ferret. respon. 55. nu. 1. alios Cephal. in cons. 114. nu. 23. et 24. et uerbosius in cons. 251. num. 77. et 81. Alios Alba. in cons. 86. nu. 11. et in cons. 87. nu. 13. vbi receptiorem opinionem hanc esse testatur, licet a plerisque contrarium responsum sit, alios addit Gribald. inter cons. Portij in cons. 40. nu. 11. 12. alios idem Port. in cons. 46. nu. 10. 15. et 16. et in cons. 55. nu. 47. vbi incõsultos eos Doctores appellat,

qui

qui contrariam ſententiam veriorem, et magis communem eſſe aſſeuerauerunt, nec enim eos iuriſprudentum volumina diligenter euoluiſſe ſcribit, addo Molineum in conſ.51.nu.28. et 29. Sed ante in conſ.40.nu.22. Ioannes uero Papon. lib.20.arreſtorum in titu. des ſubſtitutions artic.11.ſcribit Accursij Theoricam in l. Lucius la.2.ff.de hæred.inſtitu. quæ conditionali enũtiatione nominatos filios teſtatoris ipſius iudicio uocatos non eſſe, cenſuit, indiſtincte fuiſſe, Grationopolitani conſilij iudicato ſequutam, ea potiſsimũ ratione, quod ratio hæc maſculinitatis gloſæ interpretationi non obeſſe, videatur: in quam ſententiam tranſiit Paris.in conſ.31.nu.3. lib.2.& Portius ſibi ipſi diſſentiens idem approbauit in cõſ.8.nu.58. Tametſi ut mox diximus, matutinus & bene aliter ſenſerit: Senatus illud Delphinalis reſponſum refert, Guido Papæ deciſio.600. vbi ſe laboraſſe ait, ut dominos de parlamento obſtinate rationi illi innitentes, in contrariam ſententiam traheret, et nepotes ita in conditione poſitos ex teſtamento non ſuccedere putauit etiam Alcia.in l.prima in verbo ſine liberis C.de pac.reiecto Decij ibidem nu.16. & 17.fundamento, idque etiam, ſi proprias filias

a patre

exclusas fuisse proponatur, idem Alcia. respon. 531. nu. 2. & respon. 665. nu. 2. alibiq; non raro, quanquam contrarium prorsus consuluerit respon. 485. nu. 6. respon. 573. num. 3. & 4. respon. 781: nu. 3. & 4. & alibi non infrequenter: supracitato tamen loco in titu. des substitutions artic. 12. dicit idem Ioannes Papon, iuxta priorem supra relatam sententiam Burdegalenses Senatores pronuntiasse, quam etiam tueri videtur artic. 25. uers. la dessus l'on faict. Ex quibus perspicuum fit, in hac proposita quæstione Doctores non solum alios alijs contrarios esse, & aliquando secum digladiari. sed & duarum supremarum Galliæ curiarum aliam contra alteram pugnare, quocirca probē plus satis Boër. in d. decisio. 155. nu. 28. consilium, qui controuersia super hac re orta partibus concordiam suadendam esse duxit. Multis tamen ampliationibus & limitationibus rem hanc nouissime Portius explanat, lib. 2. commun. conclus. reg. 12. Sed eam alijs plerisque declarationibus non minus claram Clarus reddit, lib. 3. sententiarum. §. testamentum quæstio. 77. & 78. ego Accursii & sequiorum interpretationem textui in d. l. Lucius, non conuenire arbitror, quin etiam

ei prorsus repugnare puto, cum enim (quod & ab aliquibus animaduersum est, Port. in consil. 14. in fine, & in d. cons. 46. nu. 9.) respondeat Scæuola, testatorem nedum fratrem, sed & fratris filios substitutis prætulisse, quare interpretari illud ab intestato fieri? cum testatoris ipsissimi voluntate ibi consilium &c. non legis iudicio id fieri explicite iurisconsultus edoceat, hæreditatem enim ab intestato hominis dispositio non transfert, sed iuris siue legis ipsius authoritas defert, qua eatenus in succedendo utimur, quoad hominis prouisio non subest, l. antequam C. commun. de successio. l. prima. ff. si tabu. testa. non extab. l. quandiu ff. de acquir. hered. & ff. de Reg. iur.

58 *Regulariter etiam licet ad hæredes fideicommissum conditionale nō transmittatur l. prima §. sin autem aliquid sub conditione, & ibi omnes notarunt. C. de caduc. tollen. l. hæredes mei. §. cum ita, vbi etiam scribentes notarunt. ff. ad Trebellia. Crau. in cons. 131. nu. 3. ubi post Alex. quem citat hoc verum esse dicit, in quacunque substitutione, cum infinitis propemodum cumulatis per Tiraquel. de retract. consang. §. primo glo. 2. nu. 25. nec etaim si hæredes illi descenden-*

tes fuerint glo. ordinaria, quam ibi Bald. & cæteri sequuntur. C. de his qui ante aper. tab. hæred. transf. & in d. §. cum ita, cum aliis, quos recenset Tiraq. in d. glo. 2. nu. 26. Natta. in conf. 472. num. 9. Curt. Iun. in conf. 79. nu. 1. & in conf. 135. nu. 5. Cephal. in conf. 16. nu. 38. in conf. 37. nu. 2. & in conf. 283. nu. 22. & sequentibus & copiose etiam Port. in consil. 8. nume. 45. & in conf. 15. nu. 28. si tamen ad agnationem testatorem grauantem respexisse appareat, ut puta, quod masculinitatis sæpe meminerit, constat tunc ex ista masculinitatis qualitate fideicommissi transmissionem induci, quod ex facto interrogati responderunt ambo Curtii, & bis Rubeus Alexandrinus, quos refert & sequitur Cephal. in conf. 114. nu. 15. Sane cum intransmissibile ex testatoris voluntate transmissibile reddatur Bald. in d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. nu. 10. & in l. si pater quæstio. 4. C. de instit. & substit. & alibi vt refert alios simul uocando Cephal. in d. conf. 16. nu. 39. Etiam si mens talis ex indiciis tantum deprehendatur, Alex. in consi. 88. lib. primo. Dec. in conf. 397. nu. 5. in conf. 514. nu. 5. in conf. 515. in princip. & in conf. 574. nu. 2, & 4. quibus alios plerosque iungit

Cephal.

Cephal. in d. cons. 16. num. 41. hæc una relata non improbabilis videtur esse coniectura, propter quam a regula illa generali recedatur, & naturam suam transmissio mutet, quamquam hoc totum arbitrio iudicis relinquatur, quæ scilicet in parte hac sufficiens coniectura existat, vt scripserunt Curt. Iun. in cons. 96. nu. 2. & Socin. Min. in consil. 141. nu. 23. lib. primo quos cum Hieronymo Zancho in d. §. cum ita nu. 233. refert Menoch. de Arbitrar. Iud. lib. 2. Centur. 2. casu 165. vbi se hæc aliquando copiose tractaturum pollicetur, cui Deus Optimus Maximus facultatem concedat, atque eum, vt indies magis studiosis omnibus prodesse poßit, per Nestoreos annos feliciter viuere permittat.

59 *Ratio etiam agnationis a testatore cõtemplata substitutionem per verba collectiua factam fideicommißariam facit* Socinus *in l. Gallus. §. quidam recte nu. 18. & 19. ff. de liber. & posthum. & alibi ut eum citat Alex. in consil. 120. nu. 2. Crau. in cons. 131. nume. 5. & Moline. ad Dec. in cons. 291. nu. 5. in verbo & hæc, tamet si alàs pluribus sub nomine collectiuo vocatis, primo admisso institutioni siue substitutioni, quo ad reliquos succeßiue vocatos, locus am-*

plius non sit, cum vulgariter tantũ substitutum esse censeatur, Bart. & cæteri omnes in d. l. Gallus §. quidam recte .ff. de liber. & posthum. Estq́; communis opinio ut patet ex allegatis per Dec. in cons. 205. & per Alex. & Iasonem in d. §. quidam rectè, & veritatem pro ea stare affirmat Carol. Moline. ad Dec. in d. cons. 205. in verbo vulgarem vbi reprehendit Craue. in cons. 22. & in d. consil. 131. idcirco quod ibi contrarium tenuerit. Quæ sentẽtia procedit, etiam si plures hos vocatos inuicem testator substituerit, nec enim nisi vulgarem reciprocam hãc substitutionem continere, vulgo magis receptum est. Bart. in l. Lucius quem omnes ibi sequuntur præsertim Alex. nu. 19. ff. de uulg. & pupil. substitutio. idem Alex. in l. qui plures. 1. notab. ff. eod. titu. refert, & non dissentit Cephal. in cons. 134. nu. primo. & 2. Sed & alias ampliationes ex multorum, quos ibi vocat, sententia adducit Moline. ad d. cons. Decij 205. in d. verbo vulgarem, quas hîc non transcribo.

60 *Sic fauor propagationis familiæ optima censetur esse coniectura, vt recedatur ab illa famigerata iuris interpretum sententia, quòd reciproca substitutio inter plures, quorum post mortem*

alius

alius substituitur, non inducatur, nisi posteriori hæredum morienti. & in vniuerso hæreditatis corpore fiat, veluti de iure respondendo, tenuit Crau. in cons. 113. nu. 2. & 3. id quod copiose probauit Cephal. in cons. 114. nume. 27. & plenissime quæstionem hanc, plerisque ampliationibus & declarationibus illustrando, explanat Port. lib. 4. commun. opinio. conclus. 34. & in consil. 46. nume. 8. & vsque prope finem et D. Osasc. decisio. 110.

61 *Vlterius feudi alienatio regulariter sine consensu Domini fieri prohibita c. primo de prohib. feud. alienat. per Frideric. et de prohib. feu. aliena. per Lothar. cum vulgaribus, conceditur tamen modo dignitas agnationis domus, vel familiæ (idem enim sunt l. pronuntiatio. §. commun. ff. de verbor. signific. cum cumulatis per Tiraquel. de Retract. consang. §. primo, glo. nona nu. 195.) salua maneat, vt puta quod in proximiorem agnatum fiat. c. 1. §. etsi clientulus. §. si vero, vbi Bald. nu. 6. & Afflic. nu. 11. & 12. de aliena. feu. c. primo. §. primo, per quos fiat inuestit. c. primo, de alienat. feu. pater. c. primo, §. si quis decesserit vers. Titius, si de feu. defunc. controuer. sit inter dom. & agnat. Lucas de Pen*

na in l.prima, col.2. uersic. sed in vna cognitione. C. de fide instrum. & iure hast. fiscal. lib. 10. in quam sententiam alios propemodum infinitos allegat Tiraquel. in procem. retract. cõsang. nu. 52. quibus coniunguntur alij citati per Cephal. in cons. 27. nu. 5. & per Crau. in cons. 39. nu. 14. & in cons. pro Gene. nu. 488. verum est quod in Regno Franciæ licet quæcunque feuda irrequisitis Dominis, quocunque modo alienare. Moline. in procem. consuetud. Parisien. nu. 49. in §. 13. glo. 5. in princ. & in §. 23. nu. 7. & alibi cuius rei ratio est, quod feuda ad instar paganicorum reputantur, vt infra in versiculo quod præsertim late probatum per nos est nu. 67.

62 *Sic pro conseruatione agnationis scribit Alber. Brun. in d. tract. sta. exclus. femin. 4. artic. princip. ante finem. femina in feudo non succedit. c. primo, §. hæc autem notãdum est, qui feudare poss. cum simil. quod ego non probo, cum idcirco feminam a feudo priuari credatur, quod nõ possit seruitia domino præstare, quippe quòd ea sit feudalis concessionis natura, vt domini defensionem in primis postulet. glo. magistra. in d. c. primo. §. hoc autem notandum, Natta in cons. 600. nu. 30. cum cumulatis per Cephal. in consi.*

primo

primo,nu.4.Portium in consil.primo,nu.25.inde cum non possit clericus domino in bello seruire c.primo,& sequen.de nou.for.fidel. c. de forma 22.quæst.ultima, c. ergo enim de iureiur.c.primo.in fine de vasallo qui arm. belli depos.feudi incapax existimatur, Afflic. decisi. 320.nu.6 Capicius decisi.32.nu.primo, Osasch. decisi.27.& passim responsum, & pertractatum extat: et feminam quinque rationibus non posse feudo succedere,tradit Bald.in l.fina. nu. 7.C.de suis & legit.& Ias.in l.de quibus num. 64.ff.de legib.& in cons.89. col. penul. in fine lib.primo,& remissiue Cephal.in cons.258. nu. 10.quas hic,ne in re nō necessaria elaboremus, non transcribo:quas etiam alij retulerunt citati a præstātissimo Osasco decis.Pedem.23.num.1. quem nouissime legimus.

63 *Praeterea Comitatus,Marchiæ, & Ducatus, quæ regales dignitates dicuntur c.1. in princip. & ibi Bald.nume. 3. de feu.marc. Aluar.in c. primo,nume.2. quis dica. Comes vel Marchio. diuisionem eadem ratione recipere, ius non videtur c.primo,§.præterea Ducatus, de prohib. feu.alien.per Frider.d.c.primo de feu.marc. ad idem textus pertinēt in c.primo quis dica.Dux*

Com. vel. Marc. in c. licet & ibidem glo. fina. Panorm. & cæteri de vot. & voti redemp. gl. fina. in c. si hæredes de testam. cum cumulatis per Tiraquel. tracta. de iure primogen. quæstio. 4. nu. 21. & sequentib. Crau. in consil. 135. num. primo, Roland. Vallens. in cons. 80. nu. 6. lib. primo, & Cephal. in consil. 3. nu. 26. 27. 82. & alijs ac in cons. 12. 13. ita ut, nec etiam legitimam ex Regno vel Ducatu posse detrahi, constitutum sit, Guido Papæ decisio. 576. & sing. suo 511. Boer. decis. 204. nu. 14. in princ. Bened. in repetitio. c. Rainutius in verbo in eodem testamento il primo nu. 145. ext. de testamen. Mantua in tracta. de legitima filiorum dubitatio octaua, Cephal. post Tiraq. et Paris. qui attestatur de cõmuni in cons. 3. nu. 62. & puchrè Papon. lib. 20. Arrest. in tit. de legitime artic. 5. Nec dissimili ratione alias dignitates scindi, ius idẽ patitur c. maioribus, c. dilecto & c. de multa de præbend. et dignita. c. significãte de pignor. et arg l. ne in plures. ff. de exercito. ne per diuisionẽ diminuantur, et ruant. text. in Auth. de trien. et sem. post pri. et glo. in. d. c. licet de uoto, cũ imò toto posse augeri debeãt l. obseruandũ in fine de offic. præsid. Bald. in l. prima nu. 17. C. de sum. trin. idem

Bald.

Bald.in d.§.præterea ducatu nu. primo et 2. et alibi non semel citat illam Aristot. 12. Metaphys.sentētiam, multos imperare malum esse, et regem unicum esse debere, quā Tiraq.d.q.4.nu. 21.de iure primoge.dicit esse Homeri, ideoq; regum vnum cōmode duos reges nō capit, c.in apibus 7.q.prima c.peruenit distinc. vltima. Inde etiam legislator positiuus tradit, expedire multitudini regi ab vno l.2.§.nouißime ff. de orig. iur.l.3.§. quamuis uers. apparet igitur.ff.de ad minist.tutorum.Crau.in consil.264.nu. 6. uers. in qua re considero, vbi allegat illud Ezech.ser uus meus Dauid Rex super eos erit, & Pastor vnus erit omnium illorum, Cui non dißimile est illud Apost.4.ad Ephes. vnum corpus, unus spiritus, vnus dominus, et quæ sequuntur, Extat etiam amplißima glosa in proœmio pragmat.sanctio.§.in qua quidem in verbo primogenito, dicitq; Bald.in Authen.hoc amplius nu. 8.C.de fideicom. Regnum esse quid perfectum, perfectum autem non nisi vnum dari, pulchrè & copiose Tiraquel.in d.q.4. nu. 16, 17. & 18. vnde omne indiuisibile perfectum existimatur Crau.in cōs. pro gene.nu.164. circa finem, quia perfecto detrahi nihil, minusq; addi quicquam

potest

potest c.nihil 7.quæst.prima,l. 2. vbi Bald. C. de iudic.vidui.tollen.c. primo in fine cum glo. vltima de renuntia.cum iuribus, quæ cumulat Tiraq.in l.si vnquam in verbo totum nu. 9. C. de reuoc.donatio.& proprie quidem vt inquit Alcia.in l.Aedificia.§ perfecisse nu. primo.ff. de verbor.signific.cum omnibus suis partibus constet.l.prima,ff.de orig.iur.l. penul. in fine. C.de his quib.vt indig.& alia id genus sexcenta. Quodque regnum indiuiduum sit,notat etiã Bald.post Cinum in l.si uiua matre nu. 3. C. de bon.quæ liber. in l.si plures nu. 7. C. de condi. inser.quòd si id diuidi cõtingat, cito desolationi subiacere,Christus ipse saluator mundi prophetizauit,Math.12. & Lucæ.11. & notatur in c. si ea 25.q.2.vulgo enim circumfertur, communionem discordias,lites,dißidia,simulatq; omnes seditiones,contentiones & inimicitias, parere l.in re communi.ff.de seru.vrban.prædiorum l.in re. communi & l. Sancimus §. ne autem communione C.de lega. vulg. l. cum pater §.dulcißimus in fine de lega.2.quod & Stagirita ipse docuit 2.Politicorum 3.

64 *Nec alia de causa quam insatiabili regnandi cupiditate,cum duo tãtum essent ex primis omnium*

nium parentibus orti fratres, alter alterum baculo necauit Gens. quarto: hic ne socium in regno Romulus (vt fertur) Romanæ vrbis conditor haberet, Remulum fratrem mori, et interfici iussit d.c. in apibus 7. quæst. 1. unde Lucanus lib. 1. Belli Pun.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

quod carmen post aggregatos a Tiraquel. in d. 4. questio. nu. 23. et in quin. lege connub. nu. 28. cecinit Petrin. Bell. tracta. de Bello & re milita. in princ. quibus concinnit illud Ouidij in. 2. arte amandi.

Non bene cum socijs regna venusq; manet.

65 *Sed Iulius Cesar vir alioqui celebratissimus, imperandi causa (quam sententiam Euripidis esse asserit Cicero lib. 3. officciorum) fidem licite frangi, iusiurandumq; impune violari, quo nihil sceleratius ausus est proferre; a quo, cum non pateretur Pompeium sibi in Romana Republica æqualem esse, bella ciuilia orta sunt. Hinc Cicero libro primo officiorum, quem mox citato loco Tiraquel. refert, ex Ennij in Tragœdijs testimonio nullam sanctam fidem, & societatem in regno reperiri, scripsit, quam tamen*

ubique

ubique obseruanda fore Hieremiæ oraculo cap. 11. monemur, & legislator quoque ipse docuit, in l. prima in l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pac. in l. prima. ff. de constit. pecun. in l. debitori et l. sequenti C. de pac. etiam hostibus. siue ante, siue post contractam hostilitatem detur, Cice. lib. 3. officcio. ante finem c. noli existimare 23. q. prima. C. Innocens. 22. quæst. 4. latissime ex multorum sententia. Crau. in cons. 6. nu. 81. & Petrin. Bellus. in tracta. de Bello & re milita. par. 2. titu. 14. nu. primo. & latissime Zasius in tertia quæstio. de Iude. & in apolog. ad Ioannem Ecchium.

66 *Verum ex consuetudine Italiæ, Germaniæ, pluriumq; aliarum regionum, feuda dignitatum non secus ac alia c. primo. §. item duo quibus mod. feu. amitta. c. primo. §. omnes filij si de feu. fuer. controuers. c. primo de natu. feu. cum sexcentis alijs cumulatis per Tiraquel. de tract. de iure primogen. quæstio. 4. nu. 19. hodie diuiduntur, Aluarot. in d. §. omnes filij nu. 9. Ias. in l. stipulationes non diuiduntur nu. 31. uersic. tertio singulariter limita. ff. de uerbor. obligatio. Dec. in c. prudentiam nu. xi. uers. & ista limitatio de offic. delega. cum alijs non paucis per eundem*

dem Tiraq.congregatis in d. quæstio. 4. nu. 37. quibus alios iungit Roland. a Valle in conſ. 2. nu.125.in conſ.80.nu.8.& 9.lib.primo,et alios Menoch.in ſecundo reſponſo cau.Finarien. artic.4.nu.53.& inferioribus.

67 *Quod præſertim in regno Franciæ locum habet,in quo feuda ad inſtar patrimoniorum & paganicorum redacta ſunt,itaut libere pignorari,legari,donari,permutari,in dotem dari, uendi & quouis alio diſtrahi modo poßint, Io.Faber in §.primo poſt princ.Inſtit.de rer.diuis.in §.primo poſt principium Inſtit.de empt.& uendit.in §.ultimo Inſtit.de aßigna. liber.in §. itē Seruiana col. 13. uerſic. quid de ipſo feudo ubi Iaſ.nu. 116. Inſtit. de actio. Molin. ad Dec. in conſ.614.nu. 9. in uerbo Gallia & in proœm. conſuet.Pariſien.nu.49.necnon alibi non infrequenter, Rebuff.primo tomo Regiarum conſtitut.tit. de ſenten.prouiſ. artic.primo,glo.2.nu. 19.in tomo 2.titu.de liter.natural.glo. 1.in fine & tomo 3.in titu. de conſuet. uſu & ſtilo in præfatio.nu.18.Aemil.Ferre.in conſ. 53. nu. 4. Boer.deciſi.114.num.12.Papon.lib.21.arreſtor. in titu.des ſucceßions des baſtards, artic. xj. uerſic.Ce neantmoins,& Guido Papæ deciſio. 59.de-*

59.decisio.133.& decis.297.vbi præcipue consuetudinem hanc in toto Delphinatu vigere dicit, & in Sabaudia ita esse scribit Rubeus Alexand. cons.154.nu. 3. sed vltra montes ubique obseruari, affirmat Ias.in l.de quibus nu. 65.ff. de legi.quem cum alijs pluribus citat Tiraquel. in tracta.le mort saisit li vif, par. 4. declar.2. nu.25.nec diuersum ius in regno Neapolitano esse, tradit Afflic.decisio.140.nu.2.subiungendo sæpius ita per consilium iudicatum fuisse, quam obseruantiam etiam in emphyteusi locum habere refert Alcia.ex Fabri ab eo relati sententia respon.694.nu.3.an autem cuiusuis generis feuda in Gallia paganicis comparentur declarat idem Faber in §.cæterum Instit.de legit. agnat.success.quem refert & sequitur Alcia. respo.126.nu.14.

68 Amplius dispositio primogenituræ, quam multis priuilegijs abundare constat, de quibus per allegata ab Alcia.respon.96.nu. 34. & cui omnia iura fauere affirmat Benedic.in quæstio. sua de matrimon. nu. 4. latius Natta post alios ab eo cumulatos in cons. 505. nu. 35. fauorabilis ob publicam vtilitatem esse dicitur, (quicquid Tiraquel. senserit tract.de iure primogen.quæstio.

stio.40.nume.168.) quia principaliter ad seruandum familiæ decus adinuenta fuisse videtur Socin.in cons.47.nu.6.lib.3.cum concordantibus de quibus per Crau.in cons.256.nu.3.in princip.& in Corollar.respon.pro Gene.nu. 40.& loquacius per Tiraquel.in d.tracta.de iure primogen.d.quæstio.4.& quæstio.71.nu. 2.& 3. quibus addo Cephal. in cons. 251. nume. 48.& pulchrè Bald.in l.prima nu.3. in fine. C.pro socio,quod in feudis dignitatum proculdubio verum esse,putat idem Cephal.in cons.3.nume.50. in cons.12.nu.23.in cons. 152. nu. 85.& innuit Crau.in consi.135.nu.primo. Quod tamen cum moderamine procedere declaratur, nisi scilicet in totũ minores filios excludi proponatur, Bald. in l.cum lege nu.4.C. de episc. & cleric. in l. omnes populi.nu.20.ff.de iust.& iure, Alex. in consil.128.col.3.lib.primo. Nec enim ab re tunc hæc primogenituræ constitutio odiosa dici posset, vt latissime Carol. Moline. prosequitur in consuetud.Parisien.§.8.glo.3.quæstio. vlti. Inde si de honesto victu iuxta hæreditatis facultates ceteris filijs prouideri, statutum sit, irrationabilem tunc primogenituram non vocari, receptum est, Abb.in c.licet de voto Felin. in

cap.

c prudentiam col.3.de offi. delega. Mantua in tracta.de legit. filiorum dubitatio. octaua & Natta nuper ex facto consultus respondit cons. 501.nu.57.& in d.cons.501.nu.36.

69 Si igitur vt uidemus, modo familiæ dignitas salua maneant, fauorabilis etiam ea dicitur dispositio, qua inter masculos differentia constituitur, in quibus tamen propagationis domus effectus locum sibi vendicare uidetur, ut Port. animaduertit in cons. 11. nu. 36. & Cephal. in cons.16.nu.43.& 44.in fine, qua ratione dicemus odium in statutis à successionibus feminas priuantibus reperiri? per quas non modo non conseruatur agnationis splendor, sed penitus euellitur, siue illæ remotiores, siue etiam propinquiores sint, Dec.in cons.466.nu.9.& in cons. 495.nu.15.uers.& ista ratio agntionis.

70 Quare autem cæteris expulsis ad primogenitos solos facultates domus ius deferat, utilitatem inde prouenientem pro ratione Castrens. assignat, in cons. 139. in causa quam Magnificus Dominus col.3.uers.uel melius dici potest lib.1. cuius Tiraquel.mox citatus meminit nu.3.quæque autem vtilitas illa sit, refert Abb. ex sententia Diui Bernardi in c. licet de voto, & Abba-

Abbatem retulit Natta in d.conſ. 505.nu.34. licet.n.quodãmodo ſuadere æquitas non videatur, cæteros filios iure ſuo priuari l. inter filios. C.fam. herciſcun. l.fratris & quod ibi notat Bald.et l.de fideicommiſſo C. de tranſac.l.cum pater.§.euictis & ibi glo.cum Bartolo.ff.de lega.2.cum ſuis comparibus, propter bonum tamen, quod inde ſequitur, tolerari debet, iuxta notata in l.prima.ff. de iuſt. & iure, Nam & aliquando ſine culpa, tametſi non ſine cauſa, quẽ iure proprio priuari, contingit c.antiqua & ibi glo.de priuileg.Diuus in c.ſiue culpa de reg. iuris in 6.In ſpecie Bened.in.c.Rainutius in verbo in eodem teſtamento il primo nume. 169. & 174.de teſtam.& Natta in conſ.475. nume. 9. & 10. & Tiraquel. modo nominatus non inficiatur.

71 *Exemplo res illuſtrior fit, & dilucidior: Ecce Princeps qui ex cauſa legitima, vt puta publici commodi, tex.ſingularis in l. quod ſemel ibi ex cauſa ideſt ſi ad publicam vtilitatem.ff. de decre.ab ordin.facien.& notat Bart.in l. quæcunque nu.4.C.de fide inſtrum.& iure haſt. fiſca. lib.x.cum alijs ſuper ad hoc congregatis, quibus addo Nattam in conſ.11.nu.4.alicui rei ſuæ do-*

minium auferre de iure potest l.item verberatum.§.si quis.ff.de rei vendica.l.si quis in graui §.hi quoque ff.ad Syllania. c. in nostra de iniur.cum sexcentis id genus cumulatis per Tiraquel.in tracta.de pen.leg.in præfa.nu.38.in l.si unquam in uerbo donatione largitus nu. 43. C. de reuoc.donat.& Crauet.in tracta. de antiq. temp.prima par.quar.par.princip.nu.20.in consil.135.nu.20. & in consil.264.nu.10. ex quibus perspicuum fit, quid operetur publicæ utilitatis ratio.Crau.in d.tract.de antiq.temp. in 6. par.quar.par.princip.nu.6.

72 *Quæ licet rigorosa videantur, obseruanda tamen sunt, Bart.per illum tex.in l.prima in princip.nu.6.Dec.nu.14.15. & Curt. minor. nu.12. ff.quod quisque iuris Bald. in §. imperialis nu. 22.de pace Consta. Curt.Iun.in l.fin.nu.25.C.de edic. Diui Adria. tollen. Alcia. lib. primo de uerbor.signific.nu.44.cum aliis, quos cumulat Tiraq.d.quarta quæst. de iure primoge. nu. 13. uers. Quin etiam, addo Cephal.in cons. 28.in fine & legem quamuis duram fore custodiendam legislator ipse sanxit in l.prima, §. si is qui nauem ff.de exerc.actio. & in l.prospexit, ff.qui et a quib.per quæ iura dicit Bald.in l. acceptam*

in

in fine C.de Vsur. quod statutum quamuis durum seruandum est, posteaquam enim lex scripta & publicata est, disputatio de ipsa non recipitur. sed secundum ipsam iudicatur c. erit autem in fine & c. in istis temporibus distinc. 4. Ang. in l. prima §. quinetiam nu. 3. ff. de postul. scitissime & latissime more suo Tiraquel. in præfa. tracta. de Retrac. consang. nu. 76. cum aliis non paucis, quæ libens taceo, alibi scribit idem Bald. in l. si qua pœna nu. 4. in prima lectu ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. in statutis solam authoritatem non etiam causam spectari, ideo eis tametsi rigorosis parendum esse: & nominatim de horum particularium iurium validitate dubitandum non esse, passim plures attestati sunt, Alber Brun. & Georg. Natta in d. trac. statu. exclus. femin. in princip. itaut de communi consensu omnium doctorum scripserint, Roland. a Valle in cons. 55. nu. 11. lib. primo, & Ripa in cons. 79. nu. 3. & id neminem inficiari. sed apud omnes receptissimum esse, nouiter respondit Port. post multa ab eo adducta in cons. 11. nume. 14. & in cons. 35. in fine: sed & conuentiones illæ inter fratres, vel alios coniunctos factæ, vt pro conseruatione familiari exi-

stentibus masculis feminæ nec ab intestato, nec ex testamento succedant, tantum abest, vt non ualeant, ut etiam statim obligent, & ligẽt, vt post alios ab eis citatos in eadem hypothesi responderunt Zazius cons. primo, nu. 15. Molin. in cons. 20. nu. 11. & Port. in cons. primo, nu. 41. & 54. & in alio casu Iason, Ruinus, & Natta, vt idem ipse Natta refert in cons. 474. nu. primo, & in cons. 530. & sex sequentibus, & ita se sæpius consuluisse tradidit Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta nu. 11. ff. de verb. obligat. et ita in Francia ex generali consuetudine obseruari, tradit Boer. decis. 155. nu. 8. & decis. penul. nu. 3. atque ita sæpius in Gallia per supremas curias iudicatum fuisse, affirmat Aufrer. decisio. Capel. Tolosanæ 452. post princip. quod inter quos procedere poßit, declarat idem Molin. in cons. 50. nume. 38. 39. & 40. & Tiraquel. de iure primogenituræ, quæst. 6. & 6. & latißime excellẽtiß. D. Osasc. decis. Pedemon. 100. quem vidimus post hoc opus completum.

73 *Ita & consuetudo retractus, qua a consanguineo vendita recuperare, consanguinei possunt, fauorabilis dicitur, cum & is sit modus familiæ honoris conseruãdi, ita cõcludit Alex. in consil.*

fil.197.nume. 2. lib. 7. quem ſequitur Pariſ.in conſ.8.nu.4.6.39.40. & poſterioribus lib. 3. & alij:quos recenſet Tiraquel.trac.de retract. conſang.in præfatio nu.56. cum enim in fauorem conſanguinitatis conſtituta ſit. ſuccedit immediate locus regulæ l.qui exceptionem in princip.ff.de cōdic.indeb. Quanquam nedum ubi res clara eſt, ſed & ſi dubio non omnino vacet, ſtatutum fauorabile potius quàm odioſum appelletur, glo.magiſtra.in l fina. in verbo irrogauerit, ubi Bald.notat nu.2.& 3.C.qui ad liberta. perueni.non poſſ.& in l.ſi quis in conſcriben. nu.5.verſ.Secundo caſu quando principaliter, C.de pac. & latiſsime Menoch. in primo remed.recup.poſſeſſ.nume.16.et ſequentibus Tiraquel. autem dixit odioſam hanc diſpoſitionem eſſe nu.60.in proœm.d.tracta.de retract. conſang.& §.primo glo.nona nu.188.quia ſunt plures & ætate & numero, qui ita crediderint, quaſi Doctorum ſententiæ numerandæ, non vero ponderandæ ſint, contra tex. in l.ſecunda, §.ſed neque, C.de uete.iure enuclean.quod Plinius Iunior & Plato conquerebantur, vt vidit Tiraq.de retract.conſang.§.11.glo.12.nume.4. Sed Carolus Molineus vir perſpicaciſsimus in

Apostilis ad Alexand. in d. conf. 197. nu. primo. in verbo fauorabile, scribit Tiraquelli conclusionem, quantum ad extensionem pertinet, intelligi, non autem intra terminos suos limitatos, & claros, idem referēdo se scripsisse in consuetud. Parisien. §. 8. glo. 3. quæstio. 6. in fine. Quidquid sit, manifesto ostenditur, huiusmodi consuetudinem fauore non carere, ob mentem & principalem disponentium constitutionem, qua totum subiectum regulari constat, & in terminis consuetudines hasce nedum fauorabiles esse, sed & vltra territorium extendi (quæ nostra est disputatio) nouissime tradit Alcia. respon. 713. nu. 1.

74 Eiusdem naturæ esse dicitur, statutum, quo ius testandi minori adimitur, & quo vxori legare, vel donare, maritus non permittitur, & econtra, nedum vt mutuo amore spoliatio non succedat l. prima & l. sed etsi vir §. quod vir vxori ff. de donatio. inter virum & vxorem. Sed vt & inter filios hæredesq́; legitimos bona maneant Bart. in l. prima nu. 32. post principiū, C. de sum. trinit. & fid. cathol. Ias. in l. non tantum nu. 7. ff. de re iudica. cum alijs concordibus, quos nominat Craue. in indice conf. pro genero

in

in verbo causam in specie versic. quam rationem &c. quibus addo Albam consi. 88. nu. 2. Nattam in cons.463.num. 2. Roland. à Valle in cons.25.nu.14.lib.2.& Alcia.respon.60.nu.9. quanquam alys etiam ex causis donationes has prohiberi plures scripserint, quos recenset Menoch. lib. 2. de arbit. Iudic. Cent. 2. casu. 132. nume. 3.

75 Legitimi autem hæredes & filÿ (vt obiter id dicamus) in his feminarum exclusiuis constitutionibus fily masculi tantum, & ex his descendentes intelliguntur c. si clientulus, vers. & si clientulus, vbi Bald.nu.6.& Aluar. nu. primo & 3.de aliena.feud.Bart.in l. Gallus. §. etiam nume.4.uersiculo circa quod dic ff. de liber.& posthum.Guido Papæ decisio.59.nu.3. & decisio.133.nu.2.latissime Tiraquel. in tracta.le mort saisit le vif.par.2. declar. 7. nu. 8. & sequentibus, Molin.ad Decium in cons.236. num.5. in verbo filiæ, Roland.a Valle in cons.5. nu.37.lib.primo.Copiose & scite admodum Cephal.in cons.2.nume.5.& in cons. 45. nu. 2. et ita in Aruernia ex consuetudine appellatione liberorum (quos Galli vocāt enfans, Molineus in consuetud.Parisien.§.9.glo.prima, et glo.4.

 infi-

in fine et pulchrè in conf.51.nu.22.et 24.ubi plura de huius Gallici uerbi significatione differit) masculos tantum contineri affirmat Papon. lib. 20.Arrestorum in titu des substitutions artic. 28.in fine, idem attestatur Moline. in conf. 56. nu.28.Nec modo si dictio hæc filij a statuto proferatur, masculi tantum ueniunt, sed si eorundem mentio a testatore loci fiat, vbi constitutiones hæ municipales vigeant, ad masculos filiorum appellationẽ tãtũ referri, receptum est, Ias.post Anchar.in l.tres fratres nume. 6.ff.de pact.in l.si quis id quod, ff de iurisdict.omn. iudic.cum pluribus alijs adductis per Albam in conf.19.nume.10.et Portium in conf. 6. nu. 20. et 55.in conf.8.nu.18.in fine, et in conf.10.num. 10.quod egregie declarat Molin. ad Alex. in conf.15.in verbo statuti lib. 4. quorum doctrinam veram quoque esse, dicit Zazius in fine tracta.substit.uersic.ex prædictis, sic si feudalis concessio fiat, pro se hæredibusq; et filys, de masculis tantum intelligendum esse, crebrius uerum esse, constitutum est d.c.primo §. etsi clientulus de aliena..feudi, et nouissime ex facto consultus præter eos, quos nominat, ita Port. respondit in conf.primo nu.28.et 29. et in conf.2.

num.31.communemq; hanc esse sententiam affirmat Craue.in respon.pro gene.num.320.et in resol. motiu. fol.39.uersic.uulgo quippe omnes, ultra quos addo scriptos per Cephal.in cons.258. nu.11.et nouissime per consumatissimum D. Osascum decisio.161.nu. 2. et 15. idem ius est in emphyteosi. Alcia.in resp. 160. nu. 3. diuersum ius non obseruatur in alijs contractibus, ut reiecta Pauli et Philippi Franchi sententia docet Molin.in consuetud.Paris.§.16.nu.11.

76 *Multa denique priuilegia, et multa, quæ aliàs prohibentur, agnationis et consanguinitatis causa passim a iure permitti constat, ut inquit glo. in l.si tutor per illum tex.ff. de susp. tutor. cum alijs penè innumerabilibus per Tiraquel. citatis in procem.tracta.de retract.consang.nume. 55. proprius per Bened. in repeti. c. Rainutius in uerbo duas has filias nume. 137. et 138. ext. de testam.*

77 *Ad quarum quidem familiarum splendorem conseruandum diuitiæ non modicum prodesse uidentur, si eum ex Paripateticorum sententia uirtus opum adminiculis indiget, inde Iuuenalis dicebat,* (*obstat*

Haud facile emergunt, quorum uirtutibus

Res

Res angusta domi.

tanto magis Nobilitas, quæ proculdubio longo interuallo inferior uirtute reputatur, quo argumenti genere utitur Tiraquel. in tracta. de Nobilit. c. 25. nume. 9. Iuuenalem citat Brunus in d. tracta. exclus. fœmin. 3. artic. princ. uersic. unde secundum aliquos, et sicut fides (subiungit Tiraquel.) sine operibus mortua est, Iacobi epist. 2. ita sine diuitijs nobilitatem ludibrio et contemptui esse, compertum est, Molineus in præfatio. primi uoluminis consiliorum Alexandri, inde et Horatius libro secundo sermon. Satyra. 2.

Et genus et uirtus nisi cum re, uilior alga (est.

Et Aristotel. Ethicorum primo c. 8. quem refert Tiraquel. in d. tracta. de nobilita. c. 3. nu. 12. felicitatem opibus indigere ait, et fieri non posse, aut non facile, ut is præclaras res agat, cui facultates desunt. Quare Galenus non semel attestatur, se eò in rei medicæ facultatibus, quò nemo ignorat, peruenisse, potissimo patris diuitiarum, quibus is abundabat, præsidio: et inopia familiarum honestatem perire, deficientibusque diuitijs sordescere, probant infiniti propemodũ tex. l. quisquis §. primo ibi perpetua paupertate

sordenti

sordentibus C.ad leg. Iul. maiest. l. bonorum §. Bona ibi beant, ubi eleganter Alcia. ff. de uerborum signific. in l.prima, ff.de custo. et exhib. reorum in l.pietatis C.de suspec.tutor.in l.si creditores ff.de priuileg.creditor.in l.fina.ff. de fide instrum iunctis l.si quæ sunt ff. fami. hercis. et l.fina.C.qui bon.cede.poss.et argumento l. 3. in princ.de testib.notatq; glo.per illum textum in authen.de defenso.ciui.in princ.in uerbo honestate in c.constitutis, in uerbo impotentiam de appell.et idem textus tendunt in c.si testes §. item testium fides 4.quæstio.3. in c. hæc autem fine distinc.30.in c.nobilissimus. ubi etiam glo. fina.distinc.97.in c.non aguntur distinc.41. in c.qui contra ecclesiæ pacem 24.quæst.prima, in c.de multa in fine de præben.et dignita.c.diaconi ultimo distinc.93.Clem. in plerisque de electio. Et Virgilius proprie egestatem turpem appellauit in eo carmine.

Et metus et mala suada fames, & turpis egestas.

quem refert Tiraquel.in d.tracta. de Nobilita. c.25.nu.3.quæ sordes postea viros ad dignitates promoueri non sinit §.pri.in princ.et ibi glo.in uerbo Nobiliores ubi enim Ang.d.Authen.& defen.ciuita.l.nobiliores.C.de commer.& mer

cat.

cat. l. ad subeunda iuncta glo. in verbo curiales, quæ alia concordantia cumulat, C. de decurio. lib. x. quibus alia iungit Tiraquel. in d. tracta. de Nobilita. c. 20. ubi priuilegia & prærogatiuas nobilitatis enumerat. Ratio potest esse, quia cum nihil ob aliud quàm propter probitatem et uirtutem, uiri censeantur honoribus & magistratibus decorari c. miramur uersiculo non enim in cuiusque iuncta glo. in uerbo pro laboribus distinc. 61. c. cum in cūctis de electio. l. officiales C. de episcop. & cleric. c. nisi essent, de præben. l. prima §. credidit enim ff. de offic. præfec. prætor. eleganter Alcia. trac. præsump. reg. 3. præsump. 9. eruditissime Port. in cons. 91. in princ. multum operatur nobilitas, cuius maxima est in bonum præsumptio Authen. præsides gentium, C. de episcop. & cleric. glo. in c. illud distinc. 40. Roman. sing. suo 731. cum simil. quæ passim a doctoribus cumulantur, quam diuitijs non debere carere, scripsimus, quas qui nactus est, statim nobilis euadit, & consequenter Magistratus & honores supremos consequitur, vt cecinit Horat. lib. 2. Sermon. Satyra 2.

Omnis enim res.
Diuitijs paret, quas qui construxerit, ille

Clarus

Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam rex. quos uersus Tiraquel. interpretatur in d.c.3.nu. 6. de Nobilita. vbi in c. 20. eiusdem tractatus, ac etiam in l. si unquam in verbo bona, & in verbo facultatum. C. de reuocan. donatio. multa ad rem pertinentia congerit: non longe pauciora vidit Bened. in c. Rainutius in verbo duas habens filias nu. 131. & multis sequentibus ext. de testam. & tandem, vt concludamus cum Amadeo in dialogo de amicitia, quem citat Ne uizanus in sylua Nupt. in glo. Seni non est nubendum in princ. Nummus vincit, regnat, & præcipit, & ab omni malo nos defendit, & omnia pecuniæ parent, inde solent Galli dicere, Ar gent fait tout.

78 *Nec solum (ut ad rem nostram redeamus) ex mulierum successione priuatum principaliter detrimentum succedit, cum familias spolient, earumq́; facultates & ornamenta in extraneas domos transferant, sed vt plurimum publice quoque secundario interest, extra prouinciam uel territorium nubendo, & se opesq́; suas in alienas regiones deportando, quod in reipublicæ perniciem vergit, cui prodest suos subiectos fore locupletes, & diuitijs abundare, §. cogitatio*

in Authen. vt indic. sine quoquo suffrag. §. sed & maior uersicu. expedit Instit. de his qui sunt sui uel alie. iur. & l seruum quoque §. publice de procur. latißime Ang. in cons. 68. nu. 4.

79 *Quapropter statuta prohibentia alienationes in forenses fieri, ne subditorum opes minuantur, sed inter ipsos distribuantur, tanquam publicam vtilitatem concernentia, fauorabilia sunt, Bart. in l. filiusfamilias, §. Diui nu. 12. & 13. Ripa. nu. 80. & 102. ff. de lega. primo, Signo. in cons. 21. per totum, Alexan. in cons. 41. nu. 11. lib. 5. Socin. Iun. in cons. 19. nu. 6. lib. prim. Dec. in cons. 661. nu. 2. & 3. & Crau. in cons. pro Gene. nu. 50. ubi noua iura inducit, & aliquando ego ex facto interrogatus respondi, ordinationem Regiam, qua non Regnicolæ officia, dignitates, & beneficia habere, vel poßidere non possunt, fauorabile argumentum continere.*

80 *Et licet de eo fauore agatur, qui publicus Secundario dicitur, eo quod utilitatem suam respectu vniuersi huiuscemodi constitutiones adferant, de priuato autem principaliter, qua largiantur commodum suum cuilibet separatim per se, ita quod vim, & non alteri, nec in quolibet particulari vniuersaliter, & docet Bart. in l.*

in l.prima §.huius studij nu.1.,ff.de Iust.et iur. in l.prima,nu.25.ff.solu.matrim. nō propterea odiosæ appellandæ sunt,ex eo solum, quod liberam rerum suarum moderationem tollant, l.nō usque adeo ff.si quis a paren.fuer.manum.sicuti Cephalus post alios ab eo relatos credidit in cōs. 13.nu.4.& in cons.161.nu.5.6. 7. & 8. qui idcirco odiosas eas esse, voluit, quod publicum principaliter non concernat, quomodo quæso, possunt iura hæc singularia priuatum fauorem principaliter,publicum uero secundario respicere,uti Bart.scribit in d.l.prima nu.25. uersic. quarto modo ff solu.matrim.et inde etiam odiosa dici, Contraria enim in eodem subiecto, temporeq; eodem concurrere, nedum naturæ, vt Aristotel.non semel scripsit,sed & iuri reclamat, l.Vranius.ff.de fideiuss.l.prima,§.si debitor ff.ad leg.Falcid.cum alijs uulgaribus aggregatis per Crau.in cons.pro Gene. nu. 449. & per Tiraquel.in nonam legem connubial. num. 141.Sed magis in terminis non vna tantum ratione demonstrat Crau.in cons.118.nu.7.consuetudinem,qua disponendi facultas tollitur, in totum fauorabilem esse: Et his conuenire videntur quæ supra scripta sunt,in verbo eiusdem na

turæ

turæ esse dicitur nume.74.

81 *Quod si Bartolus bene trutinetur, si quisquã eum recte introspiciat in d.l.prima num.26.ff. solu. matrim. quem pro se Cephal. supracitato cons. 13. vocare videtur, contra eum ipsum sentire clarissime patebit, ait enim quem ibidem Ias. declarat, & sequitur nu.38. quod ea vtilitas, quæ secundario publica dicitur, ei quæ principaliter priuata uocatur, proculdubio antecedit, Cedò quomodo id disertius, vel manifestius enuntiari potuisset? & quid clarius pro nobis contra eius sententiam allegari potuisset? Igitur non curatur principaliter, an secundario publicum commodum insit, ad hoc vt priuatum ei cedat, Bonum quidem ius existimat, rationem publici fauoris cum priuato concurrere, vt in casu l.prima.ff.solu.matrim.nec enim solum mulierum, Sed & reipublicæ interest, eas dotari l. 2.ff.de iure dot.l.Seruo legato §.si testator in fine ff.de lega.primo.l.Titio centum §. Titio genero ff.de cond.& demonstr.l.2.ff. de pac. dotal.l.pater in fine ff. de dote prælega. & notat Dec.in cons.519.nu.4.cum simil.si tamen discordare contigerit, publicæ vtilitatis causa præfertur l.vnica §.fina. vbi Bart.C.de caduc.tol-*

len.

len. Authen. res quæ, C commun. de leg. l. actio nes. §. Labeo, & ibi glo. 2. & ; ff pro. Soc. l. vti litas. C. de primip. lib. 12. & ita singulariter glo. docet, in d l. prima, in verbo & Reipublicæ interest. ff. solu. matrim. quod etiam si de aliquorum damno agatur, ampliat procedere, Crau. ex Oldradi sententia, in cons. 132. nume. 23. Secus tamen receptum est, quando priuatum commodum publicum excederet, l. vnica. §. sunt qui putant. ff. ne quid in flum. pub. glo. in c bona memoriæ, il primo, in verbo communem de postul. prælat. Alex. in d. l. prima nu. 46. & Ias. num. 38 ff. solu. matrim. & notat etiam Dec. in cons. 244. nu. 6. & 7. cum simil.

8 2 *Nec enim voluntas nostra, ex cuius arbitrio potissimum distrahendi facultas pendere videtur, quippe quod regulariter inuitus alienare, nemo cogatur, l. inuitum. l. in venditis & l. dudum. C. de contrah. empt. l. nec emere. C. de iure deliberan. cum suis comparibus, causam publici commodi (quod in eo consistere commode tunc creditur, vbi inter subditos opes eorum manent) quale quale id sit, interrumpere, vel impedire, debet. c. sciās frater, 7. quæst. prima ibi plurimorum vtilitas, vnius voluntati præfe-*

renda non est &c.

83 *Statuta igitur huiusmodi ob communem fauorē & vtilitatē in non subditos alienationes inhibentia, extendenda sunt sicut notat Ripa. in d. l. filiusfamilias §. Diui nu. 102. ff. de lega. primo. (licet sibi contrarius sit in cons. 81. nu. 4.) Inspecto eorum fine, qui demonstrat qualis queque res sit, censenda vel iudicanda, in quam rem plura iura citat Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glo. 7. nu. 4. & 45. & in tracta. de iure primogen. quæstio. 81. nu. 3. non autem strictissime interpretanda, tanquam contra publicum fauorem, vt scribit Cephal. in d. cons. 13. nu. 5. & in d. cons. 161. nu. 7. Imo magis specialiter loquendo affirmat Ias. in d. l. 1. nu. 4. ff. solu. matrim. in publicum fauorem, vt in nostris terminis, fauor ille consideretur l. hoc modo in fine iuncta glo. ff. de condit. & demonstr. cum aliis citatis per Crau. in tracta. de antiq. temp. in prima par. quar. par. princip. nu. 79. quibus insuitur Grammat. decis. 12. nu. 19.*

84 *Amplius nedum dispositionem totam fauorabilem, et prorsus odio carentem, verum etiam exorbitantem, & semifauorabilem tantum extendi, receptum est, vti Iason declarat*

in l.

in l. si constante nu. 78. vers. 2. limita. ff. solu. matrim. et alij quorum meminit Tiraquel. in l. si vnquam in verbo libertis nu. 61. 62. C. de reuoc. donatio. præter quos in eandem iuerunt sententiam, Crau. in d. tracta. de antiq. tempo. 1. par. quar. par. princip. nu. 78. 79. & sequen. & Menoch in decimoquinto remed. recup. possess. nu. 18. Quod præsertim locum sibi vendicare crebrius existimatur, quando fauor ille publicam vtilitatem intuetur, tunc enim etiam in pœnalibus (ut iterum in labyrinthum incidamus) fieri extēsionem, constat, Bart. in l. quemadmodū nu. 4. C. de agric. & censi. lib. 11. Bald. in l. 2. nu. primo, C quæ sit longa consuet. & in c. primo §. Porro nu. 7. per illum text. quæ fuit prima cau. benef. amitten. Dec. in l. factum §. in pœnalibus nume. 12. ff. de reg. iur. & alijs in locis sæpissimè, cū cumulatis per Crau. in d. tract. de Antiq. tempo. prima par. quar. par. princip. nu. 2. & 3. & in cons. 291. nu. 3. diffuse Menoc. in primo remed. recup. possess. nu. 29. 30. et alijs inferioribus, vt puta in constitutione, quæ delicta puniri iubeat, cum publicæ causæ ratione edita sit, vt delinquendi hominum audaciam coerceatur l. si quis ingrauescente, §. is quoque

ff.ad syllania.l.cōgruit.ff.de offic.rect. prouin. l.omnes qui.§.fina.C.de episcop.& cleric. cum aliis id genus mille;nec solum vbi agitur de delictis puniendis extensio permissa esse videtur, sed & vbicunque Reipublicæ interesse id expostulat,l. cætera.§. hoc Senatusconsultum . vbi Ias.in 5. notab.ff. de lega. primo, quem ad hoc allegauit Crau.in d.tracta.de antiq. temporum 2.par.quar.par.princip.nu.7. Quare Cephalus sententia mutata contrarium eius, quod in d. consil.13.voluit prorsus respondit in cons.53. nu.7.8.& sequentib.in consil. 55.nu.primo,& in cons.246..nu.38.

85 *Et quod leges istæ municipales fauorabiles sint,potest etiam a fortiori neque a longè accersita ratione probari, si quidem si ciuitas extra eam ciues suos habitare, sibi interesse arbitratur,ita ut statuta quibus disponitur, ciues certa saltem anni parte in ciuitate cōmorare teneri, vt populosior ciuitas fiat, atque ne opes suas in extraneis locis consumant, tanquam pro bono publico facta fauorabilia sint, vt responderunt Socin.Senior.in consil.129.col.penul. uersiculo vltimo ostenditur lib.primo,& Rube.in consi. 9.nu.5.quos recenset Menoch. lib. 2. de Arbitrar.*

trar. Iudic. Centur. 2. casu, 155. nu. 7. quanto magis odio carebunt constitutiones istæ alienationes in forenses fieri prohibentes? si enim reipublicæ damnum consideratur, suis ciuibus alibi eorum facultates erogantibus? quanto fortius eius versabitur dispendium, vbi forenses proprijs ciuitatis bonis vtantur, atque enim ea etiā alibi in propriam vtilitatem conuertant, vnde ciuium postea minuatur substantia.

86 *Quibus attentis optimum Lycurgi, Solonis, Chilonis & aliorum a Tiraquel. relatorum in 5. leg. connub. nu. 10. & per Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. Centur. 2. casu. 149. nu. 40. usque ad finem arbitrarer fuisse iudicium, qui bonum fore cogitabant, feminas amplius non dotari, sed aliquid vsufruendum eis concedi, quod eis mortuis absq; prole, cuius procreatio precipuus est finis matrimonij, l. prima. ff. de iust. & iure. l. prima, ff. solu. matrim. latissime Tiraquel. in præfatio. l. si vnquam, nu. 69. C. de reuoc. donat. & quæ principalis est causa priuilegiorum dotis, vt scribit Bald. in. l. vnica, num. 2. C. de priuileg. dot. confestim ad familiam masculorum rediret, sicuti talis inter magnates consuetudo inoleuit, quod scilicet vxore mortua, maritus*

integrã dotem dotantibus. siue eorũ proximioribus agnatis restituat, de qua cõsuetudine meminit Dec. in cons. 402. nume. 13. & mea quidem sententia non sine maxima ratione quamprimum enim animam mulier egit, matrimonium, ob cuius onera dotes constituuntur l. quamuis in fine ff. de iure dot. d. l. prima. ff. solu. matrim. l. pro oneribus, ubi glo. prima C de iur. dot. l. ex promissione ff. de actio. & obligatio. cum infinitis fere aggregatis per Port. in cons. 85. nume. 7. & 8. & sequen. amplius non subsistit cum id morte dissolui, nemo non sciat, §. deinceps, in Authen. de nup. l. nemo Iudeorum, C. de Iudæis Authen. hodie C. de repud. l. fina. C. de verbor. signific. l prima. ff de diuor & repud. c. an quod in subditos c. audiuimus & c. quos Deus 23. quæst. 2. c. 2. post principium de transl. prælat. cum vulgar. ergo onerum matrimonij causa cessante, cessare etiã deberet, quod illorũ causa inductum erat l. alumnæ suæ. §. seiæ liberta ff. de admin. & transfer. lega cum alijs iuribus, quæ adducit Tiraquel. in tracta. cess. cau. par. prima nu. 197. Cum enim ideo quod naturali atque ciuili iure parens filias alere teneatur, l. si quis a liberis ff. de liber. agnoscen. dotis

constitutio

constitutio introducta fuerit l. Titio centum §. Titio genero, vbi Bart. Imo & cæteri ff. de condi. & demonstr. indeque al mentorum subeat vicem l. Pomponius Philadelphus ff fam. ercis. & l. dotem dedit. ff. de colla. bonor. mortua ea, alimenta quoque cessare deberent, l. cum his. §. modus autem. ff. de transac. scite Grammat. decis. 101. nu. 56. Quæ cogitatio eò facilius admittenda uenit, quod iuris Cæsarei simulatque Pontificij obseruationem respiciat, quibus maritus & vxor non nisi omni legitima successione deficiente, & solo fisco excluso inuicem sibi succedunt, l. prima. C. vnde vir & vxor, & c. fina. de donat. int. vir. & vxor. Quanquam uetustiori ætate diuersum obseruaretur, atq; præsertim Romulo regnante, cuius instituto decretum fuerat, vt alter ex coniugibus, alteri ab intestato morienti, non extantibus liberis in totum succederet, eis autem extantibus vna cum filijs æqualem partem acciperet, vt eleganter more suo enarrat Zasius in l. 2. in princip. in uerbo latas. ff. de origin. iur. Quo nomine, putarem post alias causas, passim a doctoribus edoctas, quas copiose Roland. Vallen. discutit in tracta. de lucro dotis quæstio. 2. statuta dotium lu-

cro dotis quæst:o.2. statuta dotium lucra, maritis superstitibus tribuentia odiosa esse, quod utilitati publicæ non faueant, quæ dotes ad agnatos vxoris sine liberis mortuæ redire requirit, itaque sancte admodum concludit diuinarum, atque humanarum rerum calentissimus. Carol. Molin. in l. si vnquam, nu 10. C. de reuoc. donatio. referendo, se latius rem hanc tractasse in commen. consuet. Parisien. §. 156. quæ adhuc impressa non esse reor: Nec reipub. & prosapiarum amplitudini damnosæ illæ constitutiones esse, videntur, quibus immoderatas & excessiuas filiabus dotes largiri parentes prohibentur, veluti a Diuo Principe nostro sancitum est, in legibus eius Parisiis factis anno 1563. de mense Ianuarij articulo decimoseptimo.

87 *Reipublicæq; interesse aduersus receptam sententiam mulieres esse indotatas, modo passim, vbique & ex æquo omnes essent, validissimis rationibus disputando, tunc adolescentem in Ticinensi Gymnasio audio palam comprobasse, virum Illustrem & ingenio doctrina ac cæterarum bonarum literarum scientia præstantissimum D. Hieronymum Purpuratum Regium Præsidem, & huiusce Salucien. Marchiæ Senes challum,*

challum, Magni Francisci Purpurati (quo ui ℯ suis temporibus maiorem habuit Italia) filium, qui iure merito si viueret, lætaretur, ex se Philolosopho philosophum & oratorem genitum, & sicut Cicero secum dolebat, melius ei fuisse, si liberis caruiss. t, cum nec prudentia nec eloquentia Marcus eum filius imitatus fuisset, & alij de eorum filijs conquerebantur, vt author est, & comprobat Aemilius Spartianus in uita seueri Imperatoris, & Tiraquel. in sep. leg. connub. in princip. iterum in dec. quin. lege nu. 154. in tracta. de Nobil. cap. 22 nu. 23. 24 & sequentibus, & in tracta. de pen leg. & c. causa. quinquag. prima nu. 43. & alijs non paucis. qui sequuntur, e conuerso ipse gauderet, & gloriari posset, se non modo Præsides Senatores, ac alios clarissimos uiros filios procreasse, sed & generum quoque habuisse D. Aimonem Crauetam, Dominũ meum Iurisconsultorum nostræ ætatis facile principem, quique non indigne ingenuinorum legum sensuum pater appellari poterat.

88 Et profecto hi, quibus est frequens clientulorum accessus, satis experiuntur, maiorẽ litium partem ex dotium materia nasci, & ex centum causarum controuersiis plusquam octuaginta, in do-

in dotium quæstionibus uersari, ac iam iam negotiorum multitudinem uocabula superare, arg. l. natura enim ff. de præscrip. uerb. unde nō modicum, nonq; leue Reipublicæ damnum sortitur, cuius interest, lites dirimi, & abbreuiari l. quidam existimauerunt ff. si cert. peta. l. cum et Iudices. §. penult. & fina. C. de iureiur. prop. calum. dan. l. terminato C. de fructibus & lit. expen. c. dispendia de rescrip. lib. 6. c. finem litibus de dolo & contum. & c. dispendiosam de Iudic. cum simil. quæ nota sunt.

89 *Inde cū Respublica potißimū perniciosas populo leges abrogare, requirat, ne inanibus litibus subditi uexentur l. unica C de Senatuscon. Clau. tollen. instit. de lege Fusia canin. tollen. cum uulg. id enim præcipue princeps agere debet ut uassallos iuuet, & eorum studia commodis c. 1. in fine de for. fidel. l. unica. §. fina. C. de caduc. tollen. c. Boni Principis, distinc. 96. & in specie ista respondit Natta in cons. 164. nu. 29. uers. principis autē, Quare uulgo circunfertur (quod primum Socrates censuit) principem cum subditis se habere debere, non secus ac cum filijs pater se gerit, l. si quis filium. ubi Ias. circa principium C. de inoffi. testam. per quem tex. ita post*

Bald.

Bald. ab eo citatum respondit Crau. in consil. 9. nu. 37. & in cons. 241. nu. 8. & Cephal. in cons. 28. nu. 47. Inde ex quibus causis fit exhæredatio ex eisdem quoque feudi priuatio permissa esse videtur c. primo, §. prædictis modis, vbi Alua rot. num. primo, quæ fuit prima cau. benef. amitten. Bald. in c. cum adeo, nu. 5. de recup. & alibi vt refert Tiraq. in tract. de iudic. in reb. exig. feren. versic. quadragesimonono, quos filios magis se ipso pater diligit l. in suis. ff. de liber. & posthum. glo. in l. videamus in principio verbo admittendam. ff. de in lit. iur. & in l. quidã cum filiusfamilias in verbo instituerет. ff. de hæred. instit. vbi meliores amicos parentibus filios non habere, scribit, quod etiam notauit Bald. in c. per tuas in vers. item maior amicus ext. de probat. quẽ citat Afflic. decis. 308. nu. 15. Quocirca parentes ipsos in filiorum dedecore, magis quam in proprio contremiscere, atque in dolore magis deterreri, scriptum est, l. isti quidem in fine ff. de eo quod met. cau. & c. adferte de præsump. cum suis comparibus, ita quoque subiectorum vtilitatem propriam imperator existimat, d. l. vnica. § fina. C. de caduc. tollen. & verè tales sunt Christianissimi ter opt. max. Domini nostri

ſtri Galliarum Reges, maiorem enim charitatem erga ſubditos ſuos, nemo principum habet, quorum beneuolentiam magis quam aurum & argentum theſaurizare cupiunt, l. cum ratio, §. ſi plures. ff. de bon. damna. pulchre poſt Bald. ab eo vocatum, Natta in conſ. 83. nume. 14. & in conſ. 592. nu. 16. copioſe & erudite Guliel. Benedic. in c. Rainutius in uerbo ſi abſque liberis moreretur il 2. nu. 43. & ſequent. extr. de teſtamen. cuius dicta hic non tranſcribo, ne fruſtra impleantur membranæ. ſub quorum ſuauiſsimo & tutiſsimo imperio nos Deus Omnipotens perpetuo & feliciter cuſtodiat. Nam ſi beata eſt prouincia, cui nobilis Rex dominatur. c. 10. eccleſ. Neuizan. inter reſponſa Bruni in conſil. 12. col. 20. uerſ. & licet non ſic forte facerent &c. quis nos feliciſsimos non exiſtimabit? qui nedum Regem nobilem habemus, uerum nobiliſsimum. l. quæris. ff. de natal. reſtit. cum alijs adductis per Tiraquel. in tracta. de Nobilit. c. 6. nu. 2. Chriſtianiq; orbis decus & ornamentum, ac ipſius Nobilitatis principem & caput, ita enim eum Tiraquel. appellat in epiſtola, quam operi de Nobilitate præpoſuit, ad inuictiſsimum & Chriſtianiſsimum Henricum ſecundum Gallia-

rum Regem potentissimum. Item in epistola liminari tractatus de iure constituti possessorij, ad Cardinalem Guisianum, sed præcitatus Neuizan. col. antepenul. d. consi. 12. dixit, quòd uiuere sub subiectione Regum Francorum, summa est libertas, argumento eius quod de Rom. imperio inquit Iustinia. in Authen. de hæred. et Falcid. in princip. & notat Natta in consil. 160. in principio.

90 *Quare (ut repetam) cum subditorum incommoditatibus occurrere princeps debeat, edictũ generale feminarum exclusiuum totius prouinciæ consensu interueniente, & ciuibus omnibus efflagitantibus condidit, cuius in principio meminimus, vetera quædam, quæ antea erant, corrigendo, & reformando, quæ cum variata fuissent tempora, mutatæq; hominum actiones, litibus fomentum subministrare videbantur, contrariumq; ita intentioni statuẽtium gignebant effectum quod ius pro absurdo reputat, l. legata inutiliter. ff. de admi. lega. l. si a milite. §. primo, ff. de testam. mil. et l. si Ruffinus. C. eod. cum suis comparibus.*

91 *Cum igitur perspicue ipsa rerum magistra experientia doceat, dotium constitutionem quæ*

etiam

etiam in fauorem reipub.introducta fuerat, d.l. prima.ff.solu.matrim.& l.2.ff.de iur.dot.cum simil.supra cumulatis, Vnde & legislatorum prouisione, innumera eis priuilegia concessa fuerant, quæ Bald. Nouellus, Campeg: Georgiusque Natta, necnon et Rolandus a Valle egregie pertractantes posuerunt in tractatu dotium, & elegantissime Petrus Vanderanus in tracta. de priuil.creditor.cap.4.& 5.in eiusdem damnum retorqueri, & cooperari contra reg. l. ultimæ. C.de iuram.calum. l. quod fauore.C. de legib.l. legata inutiliter.ff.de lega.primo, & c. intelleximus de iudic cum uulgar.tollendam idcirco, & extirpandã, nemo non dicat, Variante enim tempore legum quoque dispositiones mutari conuenit, l.Pomponius la 2.Ibi temporis conditionem spectandam ait.ff.de nego.gestis.l.ex facto.ff.de uulg.& pupil.substit. l. in rebus cum ibi notatis.ff.de constit. princ.concordantia citat glo. in c.non debet de consang. & affinit. Guliel.Durand.in proœmio specu.nu.31. latissime Dec.in cons.335.Crau.in cons.195.nu.4. & in cons.236 in fine, pulchre inclitus Vir, D. Petrinus Bellus in tracta. de Bello & re milita. par.6.titu.primo, nume.8.& par. decima titu.

2.nu.33 34.& scite post Butrium Menoch.lib. 2.de Arbitrar.Iudic.centur.prima,casu 82.nu. 8.& 9. Nec etenim de uno tẽpore ad aliud argumentum concludit Cephal.in cons. 91. nu. 4. Sed cum ex facto ius oriatur l. ex facto ff. de nego.gest.d.l.ex facto.ff.de vulg & l. quæstionem in princ.C.de fideicom.& l.si ex plagis.§. in cliuo.ff.ad l. Aquil.eo etiam tantillum mutato,ius quoque reformari, necesse est Alcia. in in l. Natura cauillationis nume.5.ff. de uerbor. signific.& Bellon.in cons.5. num.primo. In modico enim,(vt Aristoteles sæpe docuit, quem passim consulendo Portius citat) virtus iustitiæ consistere putatur, quod Albericus notauit in d.l.si ex plagis.§.in cliuo.ff.ad leg.Aquil.

92 Quicquid inde rebus sic stantibus manere intelligitur l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.gl. in c. quemeadmodum per illum tex. in uerbo conditio,de iureiur. latissime Dec. in d. consil. 335.cumulat omnes Tiraquel.in tracta.cessan. cau.par.prima, num.225.latius in præfatione l. si vnquam,nu. 166.& sequentib. C. de reuoc. donatio.& alij Neoterici passim pertractantes & consulentes discutiunt.sed leges pro tempore commutandas esse,scribit Aulus Gell.c. primo lib.

lib.19. Noct. Atticarum. & Iuriscōsultus in l. 2. uersicu. Sed quia diuinæ, C. de vet. iur. enucl. & mihi etiam probare videtur tex. in l. prima ibi meo seculo, C. ad l. Iul. maiest.

93 *Nec alia de causa, quam ob diuersos & uarios ciuitatum mores, casuumq́; & tēporum ua rietates, quas rerum Natura edere quotidie festinat, & quæ diu stare, quicquam non patitur vt inquit legislator in procem sex. decret. in c. primo. §. porro. si dominum quæ fuit prima cau. benef. amitten. in d. l. 2. uers. Sed huius operis C. de uete. iur. enuclean. & notat etiam gl. prima, in c. cum adeo de rescrip existimandum est, leges permisisse, cunctos populos ius proprium sibi statuere, eoque uiuere, §. nam quod quisque populus, Instit. de Iur. natur gen. & ciui. & l. omnes populi. ff. de Iust. & iure, quod Lapus ani maduertit allegatio centesima in princip. & Laurent. de Palat. in trac. quod stantib. mascu. & c. nu. 14. quia ll. omnes non sunt omnibus ciuitatibus accommodatæ, sed quæ alijs prosunt, alijs obsunt Molin. in oratione de concordia, et vnione consuetud. Franciæ, & aliàs alijs gentibus leges placere, inquit summus Pontifex in, c. omnes, distinc. prima, eleganter & diffuse*

fuse Tiraquel. in tracta. de Nobilit. c. 10. nu. 4. & in, 7. leg. connub. nu. 19. quibus iungi possunt notata ex Abbatis sententia per Nattam in cons. 402. nu. 17. Sed & Catonem apud Litium orando dixisse legimus, legem vix ullam ferri quæ omnibus commoda sit, & cui aliquid non deficiat: Hinc etiam Seneca in epist. 65. scribebat, multum adhuc restat operis, multumq; restabit, nec ulli nato post mille secula, aliquid adhuc adijciendi occasio præcludetur, quem citauit Io. And. in additio. ad Specul. in proœm. nu. 17. in verbo in princ. Bald. in princ. Decretal. nu. 3. And. Iser. in proœm. Feud. col. prima. & Balbus in princ. trac. præscriptio. nu. 3. 4. multa similia congessit Petrus Vanderanus in proœm. tracta. de priuil. credit. & sine dubio nulla unquam lex in Republica videtur sufficienter promulgata, Authen. quib. mod. natur. effician. sui in princ. Non enim ita scite, necue tam caute hac noua Marchionali seminarum expulsiua constitutione, muliebrium successionum controuersiis prouisum est, quin (Heu humanæ prudentiæ & imbecillitatis exemplum) in dies super his dotibus, & feminarum hæreditatibus (impiorum fortasse leguleiorum, vt Ciceronis

tur, sin autē nec patruos habuerit, his qui proximi sunt, hæreditas transferatur, & c. quæ verba recitauit Ang. in cons. 110. in fine, et in cons. 311. nume. primo, Alber. Brun. in d. tracta. exclus femin. in princ. tertij artic. & Papon. licet aliud agens lib. 21. Arrestorum titu. des successions legitimes, vers. disoit la defenderesse, et in c. vltimo Gene. legitur, tantam fuisse antiquorum patrum augendæ dignitatis domus curam, vt cogerent filiam in bonis & hæreditate patris succedentem, proximiori agnato matrimonio copulari, cuius sententiæ etiam meminit, Brun. iam citatus, sed & minus prisco iure agnatio cognationi præferebatur, §. item vetustas in princ. Instit. de hæred. quæ ab intest. deferun. Authen. post fratres, C. de legit. hæred. l. pronuntiatio. §. familiæ ibi agnatus proximus. ff. de verbo. signifi. cum his, quæ concordantia post Anchar. nominat Crau. in cons. pro Gene. nu. 353.

95 *Ratio tamen hæc Curtij insulsa mihi irrationabilis & inconsiderata videtur, non enim verum est, fauorabilem eam censeri dispositionē, quæ nos ad ius antiquum reducit: sed verè eam, qua ius commune renouatur, glo. in d. c. statu-*

tum, quid enim si abrogata illa lex antiqua sit, sicuti in nostris factorum speciebus contingit, cum cæsaris voluntate sexus diferentiam sublatam fuisse, manifestissimi iuris sit, d. l. maximum vitium. C. de liber. præter. & ad hanc considerationem vidi solum, licet in alijs terminis animaduertisse Tiraq. in procœm. tracta. de retrac. consang. nu. 59. in princ.

96 *Quanquam non ignorem M. Antonium Nattam Iurisconsultum circumspectissimum nouissime in cons. 514. num. 23. uers. præterea non admiserim, ubi quoque rationibus utens non satis meo iudicio consistentibus, conatur ostendere, statuta hæc non debere vltra territorium porrigi, dixisse statutum iuris communis corruptorium non aliter, reducēdo nos ad ius antiquum, fauorabile censeri, quam si id in ratione naturali uel æquitate fundatum sit, in qua re sciendum est, rationem hanc non solum intentioni nostræ non obesse, quin etiam ei opitulari plurimum, quippe quod negari non nisi obstinate possit, summam æquitatem in hisce iuribus inesse, cum & a Prætoribus antiquis diligentibus æqui sectatoribus. sexus differentia fieret, pulchre Ange. Aretin. in §. sed hæc quidem per illum text.*

in princ. ibi virilem sexum Instit. de exhared. liberorum, ubi subiungit non debere, hodie mulieres conqueri, quod per statuta Italiæ communiter a successionibus repellantur, cum non dissimile ius antiquitus obseruaretur. §. cæterum cum simil. Instit. de leg. agnat succeß. per quem textum satis constare non abs re rationem familiæ honoris tuendi, iurisconsultis ipsis præ occulis fuisse, Alcia. adnimaduertit libro primo de uerbor. signific. nume. 13. Cæterum cum Natura mulieribus minus roboris, & ingenij, quam maribus largiatur, tribuentes per statuta feminarum exclusiua maiores diuitias masculis, quam feminis nō accusatores, sed naturæ sequaces esse videntur, ideoq; constitutiones id genus, fauorabiles esse, dicendum scribit Raphael Fulgo. qui ita ratiocinatur in d. l. maximum vitium, C. de liber. præter. quem adducit Tiraque. in secun. leg. connub. nu. 88. & Lauren. de Palat. in tract. quod stantib. mascul. in princip. nu. 12. & masculos pluribus bonis quam feminas indigere, notat etiam Ripa in l. si vnquam, nu. 17. C. de reuoc. donat. Vnde & æquitatem, & naturalem rationem, hic non deficere, demonstratur, sed esto naturam æqualitatem inter marem &

feminam expostulare, nec propterea dispositiones istæ, pro odiosis habendæ sunt, in discernendo.n. fauore, uel odio statuti ratio non naturalis, sed ciuilis iuris intuitus spectatur, Bald. per glo. ibi in l. 3. in fine, C. de nup. quem citat, & sequitur in proposito Franc. Curtens. in additio. ad Alex. in l. venia, nu. 5. in uerbo fauorabile in fine, C. de in ius vocan. Quocirca cum fatendum sit, hæc omnia a legislatorum arbitrio pendere, glo. in l. prima, ff. de acquiren. rer. domin. mirum videri non debet, facultatem illam succedendi, quæ ab imperiali lege concessa latissime fuerat, alio iure coarctari.

97 Nullum præterea in illa iuris vetustissimi authoritate fundamentum fieri potest, quandoquidem cum triplicia sint eius præcepta, moralia scilicet, ceremonialia & iudicialia, hæc præsertim vim non habent, ita ut ligare possint, nisi quatenus in nouo Christi testamento approbata reperiuntur, c. fina. uers. his itaque distinc. 6. cum aliis innumeris concordantibus, de quibus apud Tiraquel. in præfatio. tract. de retract. consangui. nu. 8. & in tracta. de iure primog. quæstio. 29. nu. 3. & quæstio. 6. nu. 13. & in tracta. de pen. leg. cau. 38. nu. 4. et aliis sequẽtibus.

98 Ex

98 *Ex quibus necessario constituendum uidetur, constitutiones hasce municipales ampliandas esse, & latissime interpretandas, c. odia, de reg. iur. lib. 6. & l. cum quidam, vbi Ias. & cæteri tradidere, ff. de liber. & posthum. et præsertim attenta publicæ vtilitatis causa, quam decreta hæc agnoscunt, l. hoc modo in fine, ff. de condic. & demonstr. Bart. in l. quemadmodum, num. 4. C. de agric. & censi. lib. 11. in. l. 2. §. exercitium, nu. 2. ff. de his, qui notan. infam. Bald. in l. non sine. nu. 5. C. de bon. quæ liber. cum concordantibus positis per Ias. in l. si certis annis, nu. 3. C. de pact. Cephal. in cons. 35. nu. 36. & sequen. & statutum ratione publici cōmodi ampliari, innuit tex. in l. si quis in graui, §. vtrum vbi Bar. nu. 4. ff. ad Syllania. notatq́; Dec. in l. si Ruffinus. in fine, C. de testam. cum alijs nouissime allegatis per D. Osascum, decisio. 67. nu. 8. et decisio. 169. nu. 17. sicuti eadem causa requirente, restringi debet, Ias. in l. non dubium, nu. 35. C. de legi. & Cephal. in cons. 138. num. 47. 48. Ideoq́ue etiam ad bona extra territorium posita exclusio feminæ porrigi debet, sicuti interdictio bonorum prodigo facta, quia fauore non caret, ne eius bona dilapidentur, §. sed & maiori Instit. de his,*

qui sunt sui vel alien. iur. vbique vim suam, nedum in loco interdictionis extendit, l. is cui bonis. ff. de verbor. obligat. l. Iulianus, C. de curat. furio. l. relegatorum, §. interdicere, vbi Bar. nu. 2. ff de interd. & releg. ita si sit lex municipalis, quod vir superstes bona sibi in dotem data lucretur, ad bona vltra territorium posita porrigitur, Purpur. in l. cunctos populos, nume. 130. C. de sum. trinita. quicquid Roland. a Valle scripserit in suo de dot. lucro. tracta. quæst. 20. cuius fundamentum destruemus inferius in uersiculo, quicquam autem non me mouet nu. 116. in fine tametsi illud non omittam rationem, qua Purpuratus ad id nitebatur, receptam crebriori calculo non esse, idcirco videlicet, quòd statuta similia fauorabilia sint, contrariam enim sententiam veriorem esse. supra retulimus, & confirmauimus, sed in rem nostram plura concordantia cumulat Tiraquel. in tracta. de legib. connub. glo. 8. quæstio. 26. nu. 216. & aliquot sequen. & infra quoque alia recensemus: Et hanc illationem extensionis propter eorum fauorem facit Salice. in l. prima, nu. 14. uers. nunc, ad allegata. C. de sum. Trinit. & fid. cathol. licet ei Bald. non assentiat, impertinenti meo quidem

iudicio, argumento, cui bene & subtiliter Salicetus qui supra, respondere videtur, Sed Baldum sequutus est Alber. Brun. in d. tracta. exclus. femin. 8. artic. princ. quaestio. 25. in princ. cum alijs non paucis uocatis per Tiraquel. in tracta. de iure primogen. quaestio. 46. nu. 27. ueruntamen Saliceti opinionem, quicquid in contrarium inconsulto sit, scriptum, ueriorem de iure esse, ostendere, & defendere multifariam, multisq; modis putamus, quam & in practica obseruandam esse scribit Campegius in horum statut. tract. quaestio. 49. in fine.

99 *Primo etenim licet de bonis in alieno territorio positis statutum disponere principaliter non valeat, l. pupillus, §. territoriũ est. ff. de verbor. signific. l. cum vnus, §. si is qui. ff. de bon. author. iudic. possid. Clem. pastoralis, §. haec quidem, de sent. & re iudic. Dec. in consil. 534. nu. 7. idcirco quod bona sub iurisdictione illius non esse dicantur, in cuius territorio iacent, l. iubemus nullam, C. de sacrosan. eccles. c. postulasti vbi Innoc. vidit de foro compet. Hinc traditum est, non debere iudicem unius loci in alterius iurisdictione se intromittere, l. prima, C. qui pro sua iurisdict. l. cum donationibus, C. de inoff.*

inof.testam.l.in fraudem, §. quoties ibi ea quæ manu cõmentariensis, adnotanda sunt.ff. de iure fis.Bald.in l. repetita. per illum text. ibique Castrens.in fine, C.de episcop.& cleric.cum simil.neque conuenire falcem suam, quem in alienam messem immittere, c. uenerabilem de electio. c.scriptum.6. q. 3.Sed dicere, ut unusquisque suis terminis contentus sit, c. si quis episcopus, 7.quæst.prima.c.primo.13.quæst.prima, in c.fina.de constit. in 6. Quare uideretur statuti potestatem deesse, quam tamen in omnibus humanis actionibus consumandis, & exequendis, cum ipsa uoluntate concurrere, oportere, non ambigitur, l.consulta diualia. C. de testa. l. cum te ibi Bald.in princ.C.de donat.ante nup. l. prima, §.usus, ubi etiam Bald. ff. de procur. l. eius est nolle, ff.de reg.iur.l.nolle, ubi Bald.ff.de acquir.hæred.c.prudentiam ubi glo.in uerbo noluerit de offic.deleg.cum alijs, quæ cumularem, si expediret, in consequentiam tamen posse constat, l.prima, ubi Bart.ff.de author.tutor. Salice.in l.prima, nume.12.in princ.C.de sum. trin. & fid.cathol.Nec mirum esse debet, in iure nostro multa principaliter prohiberi, quæ in consequentiam permittuntur, l.fina.ubi glo.in uer-

bo

bo ex consequentia, C. de hæred. instit. l. principaliter la prima, C. de liber. cau. l. item uidendum, §. primo. ff. de petit. hæred. l. a diuo Pio. §. si super rebus in princ. ubi omnes adnotarunt, ff. de re iudic. pulcherrime more suo, Crau. in cons. 6. nu. 112.

100 *Potuit autem in consequentiam de bonis in aliena iurisdictione iacentibus municipalis lex disponere, respectu subdictarum personarum, quas habilitare & inhabilitare potest, l. vnica, C. non lice. habitat. Metroc. lib. 11. l. originarios C. de agric. & cens. lib. eod. l. item eorum in princip. ff. quod quisque vniu. nom. l. semper. §. lege. ff. de iure immun. quarumque aliis repulsis aliàs ad successionem vocare ualet, toto titu. C. de hered. decurio. l. si quis, C. de incest. nup. l. prima, & l. feminæ, C. de secun. nup. l. prima, C. de natur. liber. l. lege obuenire. ff. de uerbor. signific. l. illud. C. de sacros. eccles. cum suis comparibus, quibus quoque personis bona accessorie accedunt, Authen. ingressi & l. sancimus, C. de sacros. eccles. l. si pater. ff. de adopt. Tiraquel. in centesimo priuilegio piæ causæ. uers. horum præcipua ratio, & tanquam personam sequentia, eiusdem naturæ in dispositione esse cencen-*

tur,

tur, vt post Dec. ab eo allegatum, tradit Menoch. in decimoquinto remed. recup. possess. nu. 21. Quæ habilitatio etiam ultra territorium effectum suum per consequentias protendere videtur, abunde Georgius Natta in d. tracta. stat. exclus. femin. quæstio. nona uers. Secundo lex Molin. in cons. 53. nu. 8. & Salicetus in d. l. prima, nume. 14. uers. confirmatur secundo, exemplum in collecta ponit, quæ subdito pro bonis in aliena prouincia positis imponitur, l. rescripto, §. fina. ff. de muner. & honor. l. prima, vbi pulchre Bart. distinguit, numero. 33. & 34. C. de mulier. & in quo loco mune. lib. 10. idem Bart. in l. forma, §. illam enim æquitatem, ff. de censib. in repetitio. l. placuit, numero. 57. C. de sacros. eccles. & Riminal. ad Salicet. in d. l. prima, nume. 14. ubi allegat Socin. C. de summa trinit. &c.

101 *Sed age, fac omnino esse, quod in odiosis simus, & ideo ampliatio prohibeatur, d. l. cum quidam, vbi Ias. nume. 26. & 27. ff. de liber. & posthum. ad id tamen, quod accessorium & consecutiuum est, vbicunque sit, odiosum argumentum protrahi, receptum est, l. relegatorum, §. interdicere, ff. de interd. & relega-*

ga. Alex. in conſ. 41. nu. 8. lib. 5. Dec. in c. quanto, col. 3. de iudic. relatus & amplexus a Crau. in conſil. 186. nu. 7. in fine: & Natta qui ſupra pleraque exempla ponit, quæ apud eum videnda relinquo.

102 *Rurſus cum femina ab hæreditate excludatur, quæ ſucceſsio dicitur in uniuerſum ius, quod defunctus habuit, l. hæreditatis appellatio. l. bonorum appellatio. l. ſicut. hæreditatis, l. pecuniæ §. hæreditas nomen, & l. nihil eſt aliud, ff. de verbor. ſignific. & l. hæreditas nihil aliud eſt, de reg. iur. bonorum ſitus in conſideratione habendus non eſt, l. prima, C. vbi de hæred. agat. l. ſi fideicõmiſſum, §. tractatum, & ibi Caſtrenſ. notat. ff. de Iudic. nam locus nõ attenditur, cùm de iure uniuerſali, ſicq́ue de ſuccedendo quæſtio. incidit, l. prima, §. quædam præterea. ff. de rerum diuis. & ita ſcripſit Georgius Natta in d. tracta. ſtat. excluſ. femin. quæſtio nona, verſi. ſexto facit. Sed nec magis ſingularia conſiderari, vbi de aliquo vniuerſali iure controuertitur, legislator animaduertit in l. nauis aduerſa, ff. ad leg. Rhod. de iac. l. in modicis, ff. de cõtrah. empt. & notat quoque Salicet. in l. vnica, num. 4. uerſ. Sed teneo contra, C. ubi petant tutor. uel curat.*

curat. vno igitur & eodem, non diuerso iure, plurium territoriorum bona (ne ex uarietate locorum varientur iura statutorum. l. fina. C. de tempor. & integ. restitut.) determinanda sunt, vulg. l. eum qui ædes. ff. de usucap. l. prima, uersic. nec ratio patitur, ff. de rerum permut. cum mille simil.

103 Nec enim duplex patrimonium in priuato considerari, de iure posse, receptum est, l. iurisperitos, §. cum oriundus in fine, ff. de excusat. tutor. l. fina. in fine. C. de inoffic. testam. & ita differit Ioannes Campeg. in tracta. stat. exclus. femin. quæstio. 49. uers. facit, quod si aliud diceremus.

104 Alioquin pro parte testatus, partim uero intestatus quis decederet, quod ius commune simulatque tritissimum non patitur, l. ius nostrũ. ff. de reg. iur. §. non autem, instit. de hæred. instituen. l. cum duobus, ubi gl. C. de inoff. testam. ex qua regula satis solidum intentio nostra fundamentum habere dicitur, l. apud antiquos, in fine, C. de fur. l. fina. C. de hæred. instit. l. cum quidam, C. de necess. seru. hæred. instit. l. fina. C. de acquir. possess. et notat Bart. in l. 2. in princ. nu. primo, versiculo respondeo ex hac lege, ff. si

quis

quis in ius uoc. non ierit, et in l. quoties quē alij ibi secuti sunt. ff. si quis cautio. Cui standum est, donec exceptio probetur, glo. in l. omnis definitio, ff. de reg. iur. Dec. in consil. 349. nu. 3. latissime Mathesil. sing. 19. cum cæteris in concordiā vocatis per Menoch. in decimoquarto remed. recup. possess. nu. 32. qui enim flexum a regula deducit, veluti quid in facto consistens alleget, probationis ipsius onus subire compellitur, Socin. in l. prima in princ. ff. de condit. & demonstrat. Inde secundum regulam iudicem in dubio pronuntiare debere, Bald. docuit in c. primo de alienat. iudic. mutan. cau. fac. & alibi vt vidit Dec. in consil. 397. nu. 4. quos refert. Crau. in cons. pro Gene. nu. 22. Neuizan. lib. 6. syluæ Nup. nu. 21.

105 *Nec cōcludit (mea sentētia) Alberti Bruni consideratio in d. 8. artic. principi. quæstio. 25. nos in casu speciali versari, quo quis pro parte testato, & pro parte intestato mortuo succedere potest, cum legis potestate id permitti, uideatur, secundum Bald. in l. prima nume. 14. C. de sum. trin. argumēto. l. in substitutione. ff. de uulg. & pupil. subst. vbi exempla ponit, item & possit statutum disponere, vt pro parte testatus & pro*

pro parte intestatus extremum quis suum diem claudat, Ang. in l. 2. ubi quoque Alex. in 2. no tab. per illum tex. ff. de uulg. & pup. substit. quos Tiraquel. refert, in decimotertio priuilegio, piæ causæ in princ. Responsio enim argumento huic multis modis adaptatur, primo Angeli Alexandriq; doctrinam non nisi, si statutum id diserte expresserit intelligi, secũdo quod in d. l. in substitutione, illud ex interpretatione procedit, ibi nam prudentes ita hoc interpretati sunt, cum quodammodo videretur, alio sano modo testatoris voluntatem adimpleri non posse, quam tamen omnimodo fore obseruandam, sancitum est, l. verbis legis, ff. de verbor. signifi. §. disponat in Authen. de nup. c. si hæredes, & ibi locuples, pulchraq; glo. extra de testam. minusque aliter sustineri testamentum videbatur, in quo reipublicæ vtilitas non mediocris uersabatur, l. vel negare, ff. quead. testam. aperian. glo. in l. Gallus, §. quod si is. ff. de liber. & posthum. & pium esse alibi quoque scriptum est, testamenta robur suum & effectum habere. §. si vero expressim in Authen. de hæred. & Falcid. At cum in casu nostro adaptetur alia iuris regulæ nou repugnans declaratio, vel interpre

tatio,

tatio, ut scilicet ab omnibus bonis filia femina exclusa esse censeatur, amplectandam eam, nemo non dixerit, quam et merito quis fauorabilem nuncupabit, cum per eam ius regulæ communis non lædatur, sicuti iam bis & latissime demonstratum supra a nobis esse meminimus. Sed & ita iuris eiusdem correctio euitatur, que per subauditos istos & diuinatiuos intellectus inducenda non est, §. tribus, in Authen. quib. mod. natur. effician. sui & c. expediat de elec. lib. 6. quæque in terminis in quibus fit, restringi solet, atque non nisi casus expresse dispositos comprehendere existimatur. glo. in Clem. prima, in verbo eligatur, de elec. & in c. licet causam, eod. titu. in 6. cum aliis, quæ in auxilium vocantur per Crau. in rubr. de lega primo. numero. 70.

106 *His textus adminiculo non leui esse videtur, in l. quanquam, C. de testam. vbi similes vnum ex fundo hæredem scripserit, licet quoad residuum patrimonij decedere intestatus videatur, quod equidem eum posse, textus non spernendi demonstrant, in l. si miles vnum, ff. de mil. testam. & l. si duobus eod. titu. ubi duobus institutis altero repudiante non habet locus ius accres*

cendi. Sed in ea parte videtur defunctus miles intestatus obiisse: fallit tamen, quādo citra eiusdem voluntatis præiudicium alia potest interpretatio tradi, iuxta iuris communis dispositionem, residuas scilicet hæreditatis portiones hæredibus scriptis accedere, declarando, vt idem ius voluisse videtur, in l. secunda, C. de hæred. instit. in l. interdum, §. pater, vbi glo. in verbo resoluitur, & ibi omnes Doctores, ff. eod. iuncta glo. in d. l. quanquam in uerbo apparet, quæ alia concordantia nominat, C. de testam. milit. Quod etiam in substitutione verum esse, post multos, quos citat, respondisse sciscitatus ex facto videtur Crau. in cons. 62. nu. 5. In qua re videatur D. Petrinus Bellus, qui cæteris luculentius quæstionem hanc explanat, in trac. de Bello & re mil. par. 7. titu. primo, nu. 15.

107 *Faciunt hic etiam, quæ scribit Cagnol. in d. l. ius nostrum nu. 5. uers. maior difficultas, ff. de reg. iur. declarando textum in l. si solus, ff. de acquir. hæred. vbi, vt obseruetur mens Testatoris, videtur recedi ab illa regula, quòd testatus simulatq; intestatus quis possit mori, hicq; etiā conferunt, quæ in superioribus scripta sunt, nu. 50. ibi quia testatoris uoluntati, quibus non inconue-*

conuenire uidetur, quod post Socin. tradit Crau. in cons. 208. nume. 4 fideicommissum suapte natura odiosum ampliari, & extendi, ut uoluntati testatoris satisfiat.

108 *Accedat istis modo, quod uulgo circumfertur, quoties per specialem casum regulæ alicui generali derogatur, casus illius specialitatem ita manifesto liquere debere, ut alio modo, Actus ualere non poßit, nisi regulæ derogetur, aut contrarietas, quam ius abhorret, sequatur, uel tutius nuncupatim, expreßimq; derogationis & specialitatis mentionem faciendam esse. l. sancimus, C. de testam. l. præcipimus, ubi Bart. in fine, C. de appell. glo. notab. in c. cupientes, §. quod si per uiginti de elec. lib. 6. ualde pulchrè Bald. in consil. 495. quædam Domina Helena col. prima, in fine lib. 5. Alex. in l. prima in princip. num. 10. ff. de uulg. & pup. substit. latißime Crau. in tracta. de Antiq. temp. 3. partic. quar. par. princip. num. 42. & 47. in cons. 307. nu. 4. & in cons. pro Gene. nu. 319. Bello. in cons. 53. nume. primo, cum alijs allegatis per Cephal. in cons. 55. num. 4. 17. & 18. per Menoch. in nono remed. recup. possess. nu. 387. & 393. & de arbitr. Iudic. lib. 2. Centur. 3. casu. 275. nu. 27. abun*

de quoque per Franciscum Hercul. in tracta. de prob. negat. nu. 80.

109 Quare scriptum est, casum singularem debere nominatim per legem exprimi, l. neque mater, C. de iur. dot. & oppositam regulæ exceptionem in sua forma, & specie probandam esse ita ut effectum exceptionis propositæ necessario concludat, l. prima, ff. de excep. l. in exceptionibus, ff. de probatio. l. matrem, C. eod. Clem. ultima de appellat. elegans tex. in l. Sed & posteriores ibi multis argumentis, ff. de legi. Bart. in l. si priusquam. nu. 11. in fine, ff. de no. oper. nunt. Bald. in l. prima, nu. primo, C. de condic. ob turp. cau. cum alijs allegatis per Crau. in responso pro Sauilia. nu. 106. in consil. 201. nu. 28. post princ. in cons. 218. nume. 7. & in cons. 249. nu. primo, quibus iungitur Roland. Vallen. in cons. 8. num. 5. & 6. lib. primo, Cephal. in cons. 48. nu. 11. & in cons. 94. nu. 13. ante finem, ubi ait oportere urgentissimis & concludentissimis probationibus deductas regularũ fallentias probare, iuxta notata in l. fina. ff. de eo quod met. cau. quæ nec à nobis supra oblita sunt.

110 Quicquam autem non me mouet illatio, quam facit Tiraquel. in d. tract. de iure primog. quæst.

46. nu.

49.nu.29.diuersum ius in casu nostro testati sci licet, & intestati posse considerari, sicuti in adrogti successione fit, l. si adrogator, et ibi glo. in fine, ff. de adopt. & in militis quoque testamento ponderatur, l. prima, & 2. ff. de testam. mil. cum enim ex diuersis fiat, idcirco eam non concludere constat, l. inter stipulantem, §. sacram ibi. sed hæc dissimilia sunt, ff. de verbor. obligat. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. naturaliter, §. nihil commune cum vulgar. ff. de acquir. possess. nec enim sufficit, diuersos parificare casus, nisi et parificationis quoq; ratio reddatur, Dec. in cons. 35. nu. 16. & Crau. in princ. tracta. de Antiq. temp. nu. 37. in cons. 186. nu. 2. uersiculo quarto respondeo, & in cons. sequenti, num. 2. in argumentumq; tex. trahi solet in l. 4. §. Cato uersiculo differentiæ, de uerbor. obligat. & glo. in l. a diuo Pio, in princ. ff. de re iudica. Nam militi id ex priuilegio conceditur, quod in consequentiam ad alios casus trahendum non est, l quod uero & l. ius singulare, ff. de legib. C. quod gratiose de reg. iur. lib. 2. gl. in l. 2. in fine, C. de diuers. rescrip. & in nostris terminis ita scite tradit Bald. in l. prima, nu. 8. C. de sacros. eccles. & Tiraquel. in decimotertia

priuileg.pie cau.in fine, in adrogato autem illud procedit ob diuersitatem patrimoniorum, patris scilicet naturalis, & adrogatoris, quamobrem diuerso iure res iudicatur, quod nec iuris rationi repugnat, l.miles, §. pro parte cum simil. ff. de lega.2. Hinc glo.prima, in fine, in d. l.si adrogator, reputat illum casum valde mirabilem, subiungendo alibi in iure non inueniri, pro parte quem testatum, et pro alia parte intestatum, præter militem posse decedere, l. quærebatur, ff.de testam.milit. quibus licet, quoquo modo uoluerint, testamenta conficere, d. l. prima. ff. de testam.milit.l.licet, C.de pac.l.fi. post princ. C.de inoff. testam.l.quanquam, l.ex testamento, l.milites et l.penul.C.de testam.mil. Sed duplex patrimonium diuersitas locorum nō facit, l.iurisperitos, §.cum oriundus, ff. de excus. tutor.Tiraq.in d.tracta.de iure primogenit.quæstio.35.nu.29.uersiculo.nam paganus, & eiusdem diuersitatis morbo laborat Rolandi raciocinatio in tracta.de lucro dot.quæstio.20. nume. 8.cuius supra meminimus in uers.ex quibus necessario &c.nu.98.

111 *Cæterum, sicut filia ex testamento, uel per pactum exclusa, a quibuscunque bonis exclusa*

censetur,

censetur, ita & ex statuto succedere femina prohibita, ad nulla bona admittenda est, estque communis opinio, cumulatissime Port. lib. 5. commun. opinio. conclus. 29. ubi hanc illationem ex omnium per eum citatorum, qui plures sunt, sententia procedere ait, nimirũ quod eãdem, quam voluntas testatoris statuta interpretationem pati, frequentiori, & crebriori Doctorum calculo receptum sit, Bart. in l. prima, nu. 4. in princ. C. de his quib. vt indig. in l. in cognitione, nu. 4. in princ. ff. ad Syllania. Ang. in consil. 7. nu. 3. pulchre Alex. in l. ea demum, nu. 5. C. de collat. vbi citat, & damnat Baldum sibi contrarium, cum supradictis. Ias. concordat in l. ita stipulatus, nu. 17. ff. de verbor. obligat. in l. fina. nu. 18. ff. de constit. princip. & in l. non solum, §. morte eius, nu. 45. ff. de no. oper. nunt. vbi de communi affirmat, quidquid Baldus varius oppositum senserit, sed nec ab eis discrepat Dec. in consil. 90. num. 3. post principium, versic. & quod Bart. dicit. idem Tiraquel. in l. boues, §. hoc sermone limita. 15. nu. 4. & 5. ff. de verb. signif. alibiq; sæpe, vt refert Menoch. lib. 2. de Arbitr. Iudic. centur. 2. casu. 185. latissime Rebuf. in procem. constit. Regiarum. glo. 5. nume. 136. &

Crau.in cõs.254.nu.4.in prin.in cõs.291.nu.5.et in cõs.226.nu.12.alia uulgatissima iura probtã, licere de testamentis ad statuta, et econtra argumentari, l.fi.C.de reb.alien.nõ alien.§.disponat in Authen.de nup.Ias.in d.l.non solum,§.morte eius,nu.45.uersicu. confirmo istam conclusionem,& vidit Cephal.in cons. 47.nu.23. Quinimo fortius id in statuti quàm hominis exclusione dicendum est, cum illa vehementior existimetur, Dec.in cons.515. nu. 6. cum alijs infra citandis,nu.114.

112 *Nec refragatur, quod Alex. huic rationi opponit in cons.128.lib.primo, quem retulit, ac sequutus est Tiraquel.in d.tract.de iure primog. quæstio.46.nu.23. quod scilicet dictum est, de femina ex testamento exclusa procedere, idcirco quod exclusio illa videatur fundari in iure communi, quod vbique obseruatur, secus in ea quæ ex statuti dispositione, vel consuetudine succedere, prohibetur, cum statuendi potestas territorio reguletur, l.fina.ff.de iurisdict.omn. iudic.l.pupillus,§.territorium est, cum simil.ff. de verbor.signific.& consuetudo localis esse dicatur, nec de loco ad locum trahibilis, Bart.in l. prima,§.si quis hoc interdicto, nu.primo.ff.de itin.*

itin.actuq; priua. Bald.in c. primo, in princip. nu.9. de feud.cognit. Crau.in consil.30.nume.5. & in cons.121.nu.8. & in responso. pro patria, nu.8. et Menoc.in decimoquinto remed. recup. possess.nu.563. falsum est enim, testamentariam succedendi prohibitionem vi iuris vniuersalis fieri cum imo exclusio ipsa contra ius ipsum generale sit, d. l. maximum vitium. C. de liber. præter. Sed ex voluntate disponentis, lege ita permittente, id pendere constat, quem non magis de bonis suis quàm statutum de bonis subditorum disponere posse, receptum est, Cephal. post Corneum quem citat in cons.13.nu.29. quidquid in contrarium subtilizet Molin. in cons.53. nu. 13.14. & 15. & in l. si vnquam, nu.40. C. de reuoc.donatio.

113 *Bene fundatur hominis intensio super iure communi, aut statuto, si id viget, c. quod dilectio, de consang. & affinit. l. excepto. C. loca. l. si prius, §. certe placuit. ff. de aqua pluui. arcen. notatq; Alex.in consil.9.nu.primo, in fine, lib. 5. quando quis non testatur, arg. l. commodissime, ff. de liber. & posthum. cum simil. aut testando, nullam de feminarum dotatarum exclusione mentionem fieri contingit, quia & tunc tacite*

videtur

videtur mentem suam, cum iure, quod obseruatur, siue id commune, siue statutarium, siue consuetudinarium sit, concordare: l. hæredes mei, §. cum ita, vbi Bart. in princ. Alex. nu. 8. Socin. nu. 35. Ripa nu. 76. & 77. & cæteri omnes. ff. ad senatuscon. Trebell. Alcia. reg. tertia præsump. præsumptione 32. & paßim a Doctoribus responsum, & decisum legitur, quod etiam ad bona extra territorium posita, Socinus procedere ex facto consultus respondit in cons. 288. col. 5. uers. secundo, quia magister lib. 2. idque etiam si aliàs uerba impropriarentur, Rubeus in cons. 82. nu. 5. post principium, & Cephal. in cons. 16. nu. 33. Sed nec propterea testamentum rumpi, sciendum est, Bald. in l. maximum uitium, nu. 21. C. de liber. præter. Ang. in l. Papinianus, §. si quis mortis, nu. 4. & in l. posthumus, §. si quis ex his, nu. 3. ff. de inoffi. testam. Alex. in l. filiæ dotem, nu. 6. vbi affirmat de communi, C. de collatio. Brun. in d. tracta. stat. exclus. femin. in dec. artic. princip. quæstio. 4. Afflic. decisio. 158. nu. 6. rei cuius ex multorum sententia rationem duplicem aßignat Cephal. in cons. 145. nu. 14. 15. & 16. & in cons. 245. nu. 9. & 10. cum propemodum infinitis alijs cumulatis per Tiraquel. in

tracta:

tracta. de iure primog. quaestio. 53. nu. 22. & in huiusce prouinciae decreto, ac in casu, qui Carmagnoliae contigerat, respondit Rubeus in cons. 122. nume. primo, quibus alios perplures iungit Port. in cons. 13, nu. 13. & 14. & uberrime etiã Clarus, lib. quarto recep senten. §. testamentum quaestio. 42. uers. item quaero.

114 *Quemadmodum vero, (ut ad exempla redeamus) sententiae executio etiam in bonis alterius territorij fit, l. a diuo Pio, §. primo, ff. de re iudic. Specu. in titu. de execut. senten. §. nunc dicendum, nu. 13. l. cum unus, §. is qui & ibi glo. magna. ff. de bon. author. iudic. possiden. cum alijs sexcentis, cur & non idem statuta operabuntur, cum uim sententiae diffinitiuae habeant? l. cum quasi, §. si plures, & ibi glo. in verbo iudicati. ff. de fideicom. liberta. & notat Bald. in l. programma, C. comminat. vel episto. item, sicut iudicis vnius territorij decretum in alterius territorium effectum suum extendit, l. magis puto, §. illud. ff. de reb. eorum, l. propter litem, §. licet, ff. de excus. tutor. Bart. in l. legitimos, nu. 5. ff. de legit. tutor. & in l. pupillo, nu. primo, ff. de tutor. vel curat. dat. ab his. scite admodum Roman. in cons. 39. vbi dispositionem principaliter*

liter ad personas respectum habentem (sicut personas principaliter statuta nostra intueri, infra demonstrabimus) ad quæcunque bona, vbicunque posita sint, effectum suum extendere, respondit, cum quo Decius conuenit in cons. 207. nu. 4. 5. & 8: ubi alios citat, quare id similiter statutũ efficere nõ poterit? quod nõ minus iurisdictione, territorio cohærere constat, l. fi. C. vbi & apud quos, & cum pari passu, pariq; ratione factum legis & iudicis incedant, l. seruus hac l. ff. de manumiss. Bald. in l. data opera. nu. 19. in fine, C. qui accus. non poss. imo fortius statuta operabuntur, cum ea potentiora reputentur, Baldus in lege prima, numero septimo, uersicu. aut ambæ pœnæ, C. de sum. trinit. & fid. cathol. nec enim ambigitur, fortiorem, valentiorem ac penetrabiliorem esse legis, quàm hominis sententiam, l. si libertus, §. plane ibi, idcirco Fauiano & Caluisiano rescripto &c. ff. de iure patronat. l. non dubiũ, C. de legib. Abb. in c. pastoralis, §. fina. nu. 5. de offic. deleg. Dec. in c. primo. col. 2. vers. & ad prædicta notandum est, de rescrip. Alber. Brun. in d. 8. artic. princ. quæstio. 25. uersic. adducit etiam, quia potestas Tiraq. in d. tracta. de iure primog. quæst.

46. nu.

46.nu.20.vers.ergo multo magis,& in tract. le mort saisit le vif.par.2.declar.vltima,num. 2.& Crau.in cons.175.nu.6.in fine & alios cumulat Moline.in cons.26.nu.26. Hinc etiam, si maior ex statuto testari prohibeatur, de nullis bonis etiam alibi satis testari valebit, secundum Bart.cui omnes assensi sunt, in d.l.prima, C. de sum.trinit.

115 *Sed nec datio tutoris territorio circumscribitur; l.iurisperitos, §.cum oriundus.ff.de excu. tutor.quia principaliter personam respicit l.prima, ff.de tutel.& l.quia personæ, ff.de testam. tute.tametsi Tiraquel.in d.quæstio. 46. nu.28. tracta.de iure primog. ex Alexand.sententia, in d.cons.128.lib.primo, modicum in re hac fundamentum constituendum esse putet, respondit enim tutorem simpliciter datum, habere administrationem bonorum etiam alibi existentium si de alio tutore bonis illis prouisum non fuerit, si enim de alio prouisum sit, ad ea bona administratio eius non extendetur, l.pupillo. ff. de tutor. vel curat.dat.ab his & l.si tamen.ff.de testam.tute.ubi diuersis bonis diuersi tutores constituuntur, sic ad rem, cum bonis alibi positis iure communi vel alio singulari, prouisum sit, nō debet*

debet ea statuti dispositio ad illa bona protrahi, sed ius commune, uel lex municipalis illius territorij ibi custodiri, vulgata l.omnes populi cũ sua materia, ff.de iustit. & iure: sed existimo ego responsionem hanc minus faciendam esse, & Alexandri, Tiraquelliq; solutionem nõ concludere, necnon raciocinationi nostræ non obesse, licet etenim tutor, bonis alibi sitis deputatus, dicatur etiam tutor pupillo datus, id tamen principaliter non fieri dicitur, glo.in d.l.quia personæ, vbi opponit & soluit.ff. de testamen. tute. Sed accessorie, quia tutor illis bonis constitutus proprie tutor non dicitur, quia non primario personæ concessus, vt requirere vulgatißima iura videntur, d.l.quia personæ, & l. cum plures, §.cum tutor, & ibi glo.prima. quæ alia concordantia vocat.ff. de admin. & peric. tutor. Sed bonorum regimini, verum necnon affirmamus feminæ exclusionem ad omnia bona principaliter porrigi, sed in consequentiam personæ statuto subiectæ id fieri, arbitramur, quod uero in consequentiam tendit non curatur, l.prima. ff.de author. tutor. pulchre Crau. in tracta. de Antiq. tempo. vltima par. quar. par. princip. nume.15.16.& abunde etiam Tiraquel. in titu.

Res

Res inter alios acta post principium uers. sic & semper; sed eius, quod principaliter fit, rationem habere iura solent, l. si quis nec causam, ff. si cert. peta. c. ad audientiam cum glo. in verbo principaliter, de præscrip. cum alijs aggregatis per Tiraquel. in tracta. ceß. cau. limita. 22. in fine, eleganter etiam ubi rem hanc, multifariã exemplificat, Crau. in conſ. 6. nu. 112. & in consil. 86. nu. 8. non minus quoque erudite Cephal. in consi. 35. nu. 35. in conſ. 43. num. 4. & in conſ. 76. nu. 58.

116 *Directo verò ob personas statuta hæc fieri, ex finali & præcipua statuentium mente demonstratur, Bart. in l. ambitiosa, nu. 17. uerſ. tertia regula & nume. 23. ff. de decre. ab ord. facien. Bald. in §. quibus, nu 9. uerſ. secundo sumitur in prima constit. Cod. & alibi, ut vidit Dec. in l. rogasti in princ. nu. 5. ff. si cert. peta. quam agnationis propagationem esse, iam plus semel supra scriptum est, id quod ipsum principaliter per personas, secundario per res fieri, videtur, nam personis interemptis agnatio deficit, §. deinceps in Authen. de nup. consumari autem ob deficientia bona (licet ad eius splendorem tuendum, plurimum diuitias prodesse, compertum sit)*

ſit,) nemo affirmabit id quod ipſum optime tex. probare uidetur, in toties allegata l. prima,§. quamuis.ff. de inſpicien. ventr. ibi partus non ſubijci &c. conſideratur enim ibi principaliter, nomen & ſplendorem familiarum in perſonis & ſanguine recumbere, ad quam interpretationem neminem hactenus animaduertiſſe puto, quibus perſonis, bona, vbicunque poſita ſint ſubiecta dicuntur, & conſecutiue cum eorum adminiſtratione ad perſonas veniunt, vti ſcite Salice. oſtendit in l. vnica, nu. 4. poſt principiũ, C. vbi petan. tutor. vel curator. Homines enim non rebus. ſed res hominibus accedunt l. iuſtiſſime. ff. de ædil. edic. glo. in l. ſancimus in fine in verbo animus. C. de ſacroſ. eccleſ. eleganter & copioſe Tiraquel. in tracta. de Nobilit. c. 7. nu. 9. 10. & ſequen. quarumq; perſonarum cauſa iura omnia conſtituta fuiſſe conſtat, §. fina. Inſtit. de iure natur. gen. et ciuili et l. 2. ff. de ſta. hom. ideoq; prima ſacra pagina legitur, Deum Opt. Maxim. poſt cœli, maris, terræ, ac aliarum quarumuis rerum creationem, hominem, & ex eo poſtea feminam genuiſſe, inane etenim fuiſſet, Hominem non naſci, cuius tamen cauſa, omnia rerum natura comparauit, l. in pecudum, ff. de

vsur.clem.prima,§.oh Diuini de reliq. & vener.sanctorum,& apud Ciceronem primo officiorum ex Stoicorum sententia traditum est, quæ in terra gignuntur ad vsum hominum omnia creari,homines etiam hominum gratia esse genitos,ut ipsi inter se,alijs alij prodesse possint, atque ex d.§.fina.Instit. de iure natur.gen. & ciui. ibidem Aretin.notat ,frustra de effectu inuestigari , nisi prius id noscatur , cuius causa effectus inducitur, quemquidem hominem idcirco vltimo nasci Deus decreuerat , quia sine illarum rerum vsu viuere , non potuisset , cum omne animal dum uiuit . secundum prophetam nutriri oporteat , & alibi hominis vitam cibo indigere scriptum sit,cum ex aura nemo uiuere præsumatur, l.fina.C.de alim.pup.præstan.Iura ergo hæc statutaria , quibuscunque concipiantur verbis,ob personarum fauorem, & dignitatem principaliter fieri videntur.

117 *Ex quibus & alijs infra scribendis, manifesto palamq; constat,quam impertinens sit Bartoli, præclari alioqui iuris interpretis , in proposito nostro posita distinctio in d.l.prima,nu.32.C.de sum.trinit.& fide cathol. fauorabilis uidelicet statuti dispositionem,si ad personas uerba diri-*

gantur, ad quæcunque bona trahi, sin vero res constitutionis uerba prospicere videantur, vltra statuentium territorium non porrigi, quam distinctionem verissimam esse credidit Alexan. in cons. 44. lib. 5. etiam Brunus in d. 8. artic. princip. quæstio. 25. & alij eos sequuti sunt Neoterici, quos hic prætermittimus: eidem tamen Alexandro sibi contrario non placuit in cons. 16. nu. primo, in princ. in cons. 128. nume. 2. lib. primo, & in consil. 19. nu. 7. lib. 6. & alijs quampluribus, quos recenset Saraina ad Mathe sil. sing. suo. 110. nume. 93. et Carolus Molineus in apostill. ad Alex. in d. cons. 16. nu. primo. lib. primo, in verbo non in alijs; & in d. cons. 44. nu. 3. in verbo contrarium lib. 5. vbi subiungit, quod huiusmodi statuta non disponunt, de ipsis personis, vel earum statu, sed de rebus ipsis, itaut quibuscunque verborum orationibus concipiantur, siue ad personas, uel ad res bona in statuentium iurisdictione sita tantum comprehendere debent, quod præsuppositum falsum, & erroneum mox esse diximus, quia imo propter personas adinuenta sunt, licet aliquando ad res uerba dirigantur, arg. l. 2. in princ. ff. si seru. vendic. & l. qui alieno. §. quamquam, ff. de nego. gest.

gest. & in pulchro casu notat Aretin. in l. iuste col. fina. uers. praeterea ista differentia, ff. de acquir. possess. quem refert, qui ad Mathesil. scripsit, in d. sing. 110. Sed distinctionem hanc attendendam in nostris terminis non esse, non vnica tantum ratione prespicuum redditur.

118 Cum enim primo recepti iuris sit, dispositionem alicuius contemplatione factam, licet diserte et expresse uerba ad eum non dirigantur, ei tamen directam esse censeri l. cum aliquis, C. de iure deliberan. l. seruo legato. §. si testator, vbi Bart. & Ias. nu. 3. ff. de lega. primo, l. fideicommissa §. cum non esset, & §. interdum vbi etiam Bart. ff. de lega. 3. quem textum pro notabili signat Ias. in l. prima, §. qui habebat nu. 4. in fine. ff. de bon. possess. cont. tab. itaque in materia nostrorum statutorum notauit Bart. Bald. & Ias. in d. l. seruo legato, §. si testator, nu. 6. ff. de lega. primo, & scribit Crau. in cons. 56. nu. 5. & in cons. 91. nu. 6. quod non sermonis modus, sed contemplatio attenditur, non ideo minus femina a bonis extra territoriũ collocatis exclusa censeri debet, quod verba statuti directo ad personas non dirigantur, scribit enim Bart. in l. inter stipulantem in fine principij, ff. de verbor.

 oblig.

oblig. ser. sum, non forman. conceptionis verborum attendendam fore, quem cum aliis concordantibus non prorsus a re nostra citat Alcia. respon. 60. nu. 10. Nam sufficit quod personarum principaliter intuitu constitutiones huiuscemodi fiant, etiam si id clare non appareat, porrò, si vera hæc esset Bart. distinctio, uerbis non rebus, contra quod iure vulgari sancitum est, lex uideretur imponi, vt in specie cõsiderat Natta in cons. 581. nu. 23.

119 *Secundo in statutis interpretandis non verborum grammatica l. 2. C. de constit. pecun. l. 2. in fine, C. commun. de lega. Bald. in c. primo, §. porrò si dominium, nu. 7. quæ fuit prima cau. benef. amitten. & in c. primo, num. 31. de constit. cum simil. sed tantum eorum mens & intentio perpenditur, l. benignius, vbi Bart. nu. 11. ff. de legib. l. non dubium C. eod. l. scire etiam oportet §. sufficit, ff. de excus. tutor. pulchrè Bart. in l. contra legem, ff. de legi. Quod et in legibus procedit, d. l. non dubium d. l. benignius & l. scire leges ff. de legi. l. quãuis in fi. ff. de in ius uocan. Crau. cum ampliatione in cons. 46. nu. 10. Quẽadmodũ etiam reiecta uerborũ proprietate sola voluntas testatoris attenditur l. non aliter ff. de*

lega.

lega.3.l.3.C.de liber.præter.l.Publius, §.fina. & l.in conditionibus primum locum.ff.de condit.& demonstr.cum sexcentis idgenus: idque etiam, si verba uulnerentur Ang. in cons.169. nu.primo, vers.adeo quod licet Alex.in consil. 100.nu.6.lib.4.& Crau.in cons.59.nume.5.qui idem in donationibus uerum esse notauit in consil.214.nu.6.& in fideicommissis ostendit tex. in l.fideicommissa, §.item si quis, ff.de lega.3. et l.voluntas & in l.cum virum C.de fideicom. etiamq; si ea voluntas coniecturata solummodo sit l.cum proponeretur in fine & ibi Castrens. l.qui solidum §.primo, ff.de lega.2.l.cum Auus in fine, ff.de cond.& demonstr. l. licet imperator vbi Bart.ff.de lega.primo, cum uulgar.

120 *Nec solum id procedit, in quibus lata significatio admittitur, vt in vltimis voluntatibus c. cum dilecti de donat.& l.in testamentis, ff. de reg.iuris, sed etiam in his actibus, qui stricti iuris esse dicuntur, Crau.in consi.274.nu.11.& in omnibus tam publicis quàm priuatis dispositionibus, regulam hanc obtinere, scribit Tullius Cicero in oratione pro Aul.Cecina.*

121 *In mandato etenim, quod stricti iuris habetur l.diligẽter, ff.mand.l.illud, §.sed si ita vbi Bart.*

ff.quod quisque uniuer.nom. c. cum dilecta in fine de rescrip.Bello.in cons.42.nume.4. magis mens mandantis, quàm eius uerba suspiciuntur, secundum plura iura cumulata per Tiraquel. in l.si vnquam in verbo libertis nu.59. C. de Reuoc.donatio.quibus adde Alex.in cons. 84. nu. 5.lib.7.quem citauit Crau.in cons.247.nu.5. et in d.cons.274.nu.9.

122 *Similiter rescripta stricti iuris esse constat c. dilecta c.significante, vbi glo. circa medium c. Rodulphus c.nonnulli cum glo.in verbo lites restringendæ de rescrip.Felin.in rub.de præscrip. nu.5.quin etiam ea strictius, quàm statuta interpretari, traditur, Abb.in c.causamque nu.6.in fine de rescrip.& Dec.in d.rub.de præscrip.col. 2. uers. ex prædictis: & tamen in eis intentionem verbis præualere, non ambigitur, glo.in c. dilecti filij in uerbo nec fuit intentionis de rescrip.in c.exposita in verbo intentionis de arbitr.in c.paratus in verbo si uerba 23.q.prima, cum alijs non paucis iuribus, rationibus, & allegationibus per Tiraquel.cumulatis in d. l si unquam in d. verbo libertis nu.55.quibus adde Rebuff tomo 2.constit.Regiar.in præfatio.titu. de rescrip. nu. 143.*

Item

123 *Item in priuilegijs principum, quæ etiam striĉtè interpretantur, l. vltima vbi omnes notāt. ff. de constit. princip. l. 2. §. merito & §. si quis a principe, ff. ne quid in loco pub. Bellon. in consi. 52. nume. 3. Petrinus Bellus in tracta. de Bello. & re milita. par. nona titu. unico. num. 17. cum alijs per Crau. aggregatis in cons. pro Gene. nu. 46. mens concedentium uerbis anteponitur, gl. in c. mandatum de rescrip. tex. ubi etiam glo. in c. ex multiplici, & in c. dilecti de decim.*

124 *Sed & in consuetudine, quæ etiam stricti iuris esse existimatur, Bald. in c. primo in fine princip. de feud. cogn. Crau. in cons. 30. num. 5. in cons. 121. nu. 8. Alcia. resp. 486. num. 14. & Cephal. in cons. 26. nu. 22. Inspicere debemus magis intentionem & uoluntatem, quàm uerborum seriem, etiam si ea quodammodo offendantur, ut notat Tiraq. in tracta. de iure primogen. quæstio. 72. nu. 4. Non refert etiam in legatis, per quæ uerba testator loquatur, modo eius intentio comprehendatur, l. in legatis, C. de lega. l. 2. in princ. C. commun. de lega. notat Dec. in cons. 289. nu. 2. uers. quibus tamen non obstantibus & Alba in cons. 11. nu. 30. quæ tamen stricte interpretari, crebriore Doctorum calculo*

receptum esse uidetur, l. apud Iulianum, §. scio, ff. de lega. primo, l. nummis & l. nuper in princ. ff. de lega. 3. Crau. in cons. 208. nu. 4. ubi post Socin. declarat, quomodo id procedat, latissime etiam Natta in cons. 626. cum aliis cumulatis per Cephal. in cons. 122. nu. 20. in cons. 144. nu. 13. & in cons. 183. nume. 53. Quod & in paucis capitulis dicendum est, quæ uelut transactionis contractus stricti iuris esse creduntur, Bald. in cons. 195. laudare uos col. 4. uers. Sed ut dictum est lib. 2. quem refert uir consultissimus Petrin. Bell. in tracta. de Bello & re milita. par. dec. titu. 2. nu. 2. Sed & in iuramento ius idem statui debet, c. ad nostram il 3. de iureiur & glo. in c. ueniens, in uerbo presciuisset eod. tit. quod etiã stricti iuris dicitur, latamq; interpretationem recipere non solet, c. penul de iureiur. & c. cum clerici de uerb. signif cum Sin.

125 *Præterea in sententia, quæ quoque est stricti iuris l. prima, C. si plus una sententia l. prima, et ibi Accur. C. si aduers. rem iudic. l. Iulianus uerum debitorem ubi Bar. nu. 5. ff. de condic. indeb. cum aliis allegatis per Tiraq. in tracta. de retract. consang. §. primo glo. nona, nume. 184 & per Crau. in tracta. de antiq. tempor. quar. par. princip.*

princip.nu.64.Cephal.in conf.168.nu.51. Nattam in consi.637.nu 30.Molineum in conf.25. nu.primo,& Portium in conf.4.num.85.& in conf.6.nu.3.& 31.& pulchrè D. Osascus decis. 64.mens magis iudicis, quàm verborum structura spectatur Bald.in l.Imperator. per illum tex.ff.de postul.inde ne contra eius mentem, et voluntatem, sententia operetur, l.si ex testamento in fine & l.si cum argentum in fine principij.ff. de excep.rei iudica. l. qualem in princ. & l.quia arbiter cum ibi notatis.ff. de Arbitr. Crau.in conf.7.nu.7.in conf.10. nu. 4. in consi. 45.nume.5.& in conf.188.nume. 7. eius declaratio ad ipsum spectat Io.And.in additio. Specul.in titu.de teste,§.nūc videndum num.18.in verbo similibus Bart. in l. hæredes palam §.si quid post nu.6. per glo. ibi ff. de testam. & latius in l. ab executore in princ.nu.5. cum additio.in verbo sententiam de appell. & relatio. notatq; Alex.in conf.216.nu.13.uers.& ad iudicantem lib.2.

126 *Rursus in contractibus, qui, quia stricti iuris sunt stricte quoque interpretantur l. quidquid adstringendæ ff.de uerb.oblig cum pluribus simil.quæ congerit.Dec.in conf.201. nume. 3. in conf.*

conf.213.nu.3.in conf.236. num. 5. & alibi frequenter, mens et animus contrahentium potius quàm ipsorum sermones considerantur l. iurisgentium, §. prætor ait, vbi legistæ. ff. de pac. l. contrahitur, ff. de pignor. repetita in l. 4. ff. de fide instrum. l. in conuentionibus. ff. de verb. signific. l. si repetendi, vbi omnes doctores C. de condic. ob cau. datorum glo. in l. blanditus, C. de fideiuss. item glo. penul. in l. si in venditione. ff. commun. prædiorum, vbi causam verborum magis quàm verba inspicienda esse, ait, iunctis pene innumerabilibus per Tiraquel. cumulatis in d. l. si vnquam in verbo libertis nu. 58. C. de reuoc. donat.

127 *Amplius dicta testium, quæ item sunt stricti iuris, vt notatur in c. in præsentia de probat. & per Tiraq. in d. tracta. de retrac. consang. d. § primo. glo. nona, nu. 187. Interpretantur secundum eorum voluntatem, & mentem, non autem secundum proprietatem verborum ab eis prolatorum, ut vltra allegata per Tiraq. in d. verbo libertis nu. 57. videtur innuere Bald. in rubr. ff. de rerum diuisio. nu. 32. vers. Sed color videtur vbi dicit, quod quando intelligimus, quid testis dicit, curare non debemus proprie*

uel

vel improprie loquatur, Bald. refert Dec. in cons.272.nu.primo in fine.

128 *Vis igitur in verbis quæquam non fit, sed in ratione & mente* c.*marchion.prima,q. prima. minusque de verbis curatur, modo mens non vulneretur, Socin.in cons.35.col. 3. lib. primo, & Cephal.in cons.16.nume.8.& 9.quod tamen non procedit, vbi mens statuentium esset imaginaria, & non certa, secundum Bald. in cons. 452.statuta ciuitatis Mantuæ. col. vltima lib. primo, quem refert Tiraquel.in d. l. si vnquam in d.uerbo libertis, nume.23.in fine* C. *de reuoc. donatio.*

129 *Postremo & iterum nuncupatim quòd in statutis magis mens insequatur, quàm verba eorum ponderentur, notat glo.magna in l.tale pactum §.fina.in fine, ff. de pac. Alex.in cons.119. nu.2.post principium in cons. 170. uer primo, quia statutum, & alibi vt animaduertit, alios simul nominando Crau.in cons.pro Gene. num. 110.licet verba offendantur, Bart. in d. l. contra legem nu.primo, Bald.in l.si quis seruo nu. 7.C.de fur.quem plures sunt sequuti, quos refert, & ab eis non dissentit Ias.in l.iurisgentiũ, §.prætor ait, nu. 18. ff. de pac. quibus iungitur*

Crau.

Crau.in d.conſ.274.nu.10. & Grammat. deciſio.102.nume.118.in princ.uerborum enim potius, quam mentis offenſionem admittere tolerabilius lex ducit, idem Crau.in conſ.186.nu. 5. uerſiculo potius enim, & in conſ.pro Gene. nu. 111.ideo uerba impropriantur, ut deſeruiant intentioni c.conſtitutus de relig. dom. c. intelligentia de uerbor.ſignific. c. is autem 22. quæſt. 2.Ang.in conſ.281.nu.primo repetito in conſ. 344.cum alijs, quos congerit idem Crau. in rub. ff.de lega.primo, nu.117.

130 *Diximus autem ſtatuentium mentem fuiſſe, proſapiam & agnationem toto poſſe conſeruare, eiuſque dignitati prouidere, magis plene, & copioſe quàm poßibile ſit. quippe quod ea ſoleat interpretatio capi, quæ pleniorem pinguioremque diſpoſitionem reddit l.adoptiuus §.primo in fine ff.de ritu nup.l.prima, § ſi rogauero, & §. ſequen.ff.depos.Bald.in l.Bonorum quidem poſſeßionem nu.5.C.qui admitti, iunctis aliis citatis per Crau.in conſ.202. nu. 16. cum præſertim fauorem agnatorum declaratio hæc reſpiciat, quibus ſtatutum prodeſſe omnino intendit, l.ea lege.ff.loca.Paul.de Caſtr.in conſ.52.ſuper primo puncto quanta ſit legitima col.prima, lib.*

primo

primo, quem refert Crau. in conſ. 5. nume. 15. in conſ. 118. nu. 25. & in conſ. pro Gene. nu. 193. & ita in noſtris terminis uoluiſſe uidetur Dec. in conſ. 26. nu. 4. uerſ. & ad hoc etiam concurrit, ubi ait, quod quanto minus femina aufert, tanto dignius agnationis honos conſeruatur, & ſtatuentium intentioni, (quæ maſculorum propagationem appetit) tanto quoque magis ſatisfit, a Decio diſcrepare Crau. non uidetur in conſ. 67. nume. 5. uerſ. tertio principaliter, ſic eo nomine conſtitutum eſſe uidetur, interpretationem eam eligi, qua minus ius hæredis, quem in inſtitutione teſtator filiæ prætulerit, lædit, & grauat l. nummis ff. de lega. 3. l. ſi ita ſit adſcriptum, in fine ubi glo. & Doctor. ff. de lega. primo, abunde Crau. in conſ. 167. num. 14. cum alijs non extra rem cumulatis a Portio in conſ. 6. nu. 71. facit hic etiam quod ſcribit Cephal. in conſ. 46. nu. 12. in fauorem agnationis teſtamenti uerba interpretanda eſſe, ſi ad eam teſtator reſpexerit.

131 *Inde, cum pro familiæ propagatione quanto maiores diuitiæ uideātur neceſſariæ, l. Titia cū teſtamēto §. Lucius Titius il 2. ubi Bald. ff. de lega. 2. Idcirco ſcriptum eſt, fore theſauros a pa-*

tre liberis parandos, Apost. 2. ad Corinth. c. 12. & c. prædicator 16. quæst. prima, Ang. in cons. 110. nu. 3. et Crau. in cons. 75. nu. 17. in cons. 164. nu. 4. in cons. 138. nu. 18. in princ. & in Coroll. respon. pro. Gene. nu. 78. & hic eleganter conferre possunt, quæ cumulat Tiraq. in tract. de iure primogen. quæst. 23. nu. 12. cuius dicta hic non transcribo.

132 *Manifestum autem id, ex eo fieri, dici potest, quod ut plurimum nolint statuentes (ueluti in nostra prouinciali costitutione factum est,) feminas ab intestato quicquam præter dotem habere, quæ loco Portionis uigore statuti debite succedit Dec. in cons. 505. nume. 7. & multa per Cephal. in cons. 56. nu. 26. & 27. & in cons. 145. nu. 22. eas etiam excludendo a supplemento legitimæ, quod ideo petere non possunt, etiamsi nuncupatim id postulari, prohibitum non sit, Ang. in cons. 359. nu. 4. Socin. Iun. ubi alios citat in cons. 25. nu. 20. lib. primo, quam opinionem tandem sequitur Alber. Brun. in d. tracta. statu. exclus. femin. in nono artic. princip. quæstio. prima, & alij quamplures non obscuri iure consulti, quos citat Cephal. in cons. 34. num. 2. in cons. 95. nu. primo, in cons. 145. nume. 10. & in cons.*

cons.231.nu.38.Rubeus Alexan. in nostro statuto Marchionali in cons.122.nu.2. a quibus nõ discordat Crau.in cons.236. nume. 2. Roland. a Valle in cons.25.nu.7.lib.primo, & latissime. Port.lib.primo,commun.conclus.reg.42. limita.4.& diximus infra nu.149.

133 *Et quod grauius existimatur, poterit eas statutum, secundum magis crebriorem sententiam in totum legitima priuare, Din. in c. indultum nu.15.de reg.iur.lib.6.de commun. etiam affirmãt Castrens.in l.vnica nu. 4. C. de inoff. dot. Bouer.in sing.suo in uerbo & statutum num.4. & notabilius decis.188. nume. 6. & 7. Alber. Brun.in d.tracta.stat.exclus.femin. primo artic. princip. quæstio. prima ante finem, Alcia. ubi locuplex apostilla in tract.de præsump.reg. prima præsump.8.nu. 3. & 6. idem Alcia. respon.65.& respon.716. in fine, Natta in cons. 201.nu.8.& in cons.308.num.5. Crau. in cons. 236.Ripa in cons.70.nu.2.Grammat.decis.101. nu.61.Iacobus A Emilia.cons.primo, nu. 3.latissime Port.in cons.163.nume. 10. & 11.fusius lib.primo commun. opinio. reg. 42. & erudite Cephal.in cons.278.nu.48 et sequentibus: necnon Molineus in cons.15.num. 23. & Menoch. lib.*

lib.2.de arbitrar.iudic.centur.2.casu.149.nu.12.& 13.Cum etiam contra ius naturale, ex iusta tamen causa facta constitutio teneat, Innoc. & Anchar. in c. quia plerique col. ultima de immun.eccles. quos refert Tiraquel. in tracta. cess.cau par.prima, nu.174.quod etiam notauit Brun.mox uocatus in uers.et licet sit dubitatio, addo Nattam in cons.604.nu.5. iustam autem causam fauorem agnationis esse scribit Grammat.decis.101.nu.61.Bened.in repetitio.c.Rainutius in uerbo duas habens filias nu.127. de testam.Molineus in commētar.consuet.Parisien. §.6.nu.5.uers. & quum sit factum Crau. in d. cons.236.nu.2.ubi alios refert, quem sequitur Cephal.in cons.145.nu.11.& Alcia.respon.65. nume primo, uers.secundo respondetur, quocirca illustrandæ agnationis causa respondit Soc. Iun.in cons.6 .nu.10.lib.3. tolli a patre legitimam posse, quem citat, & sequitur Menoch. d. centur.2 casu 149.nu.12.

134 *Huiusmodi autem statuta siue in rem, siue in personam loquantur, Bart.in d.l.prima, nu.72. C.de sum.trin.ultra territorium extendi debere, negat, quia odiosa ea esse ait, quod præsuppositum falsum esse, ex superius scriptis satis aper-*

te,

re, & sufficienter constare putamus, & ideo dispositionem, uel conclusionem super eo fundatam inefficacem & uacuam reddi, non ambigitur, glo. in l. mancipia, in verbo aduocādum, ubi Salice. nu. 2. & 3. C. de seru. fugit. Roman. sing. 495. statutum puniens Marsil. in sing. 339. cum infinitis propemodum cumulatis per Menoch. in nono remed. recup. possess. num. 161. quibus alios adderem, si rei ipsius vtilitas id postularet.

135 *Opponitur autem ab alys huic conclusioni (ut & argumentum hoc diluamus) statuendi actū iurisdictionis esse Bald. in l. decernimus nu. 4. in princ. C. de sacros. eccles. cum alys cumulatis per Tiraquel. in tracta. de iure primogen. quæstio. 16. nume. 2. & 5. & per Ripam in consi. 81. nu. 14. quæ dicitur causa efficiens, & extensiua ipsius statuti c. per venerabilem cum ibi notatis per Innoc. & alios, qui fily sunt legit. & notat Tiraquel. de legib. connub. glo. 8. nume. 227. quæque non extenditur vltra territorium d. l. fina. ff. de iurisdic. om. iud. & c. fina. de constitu. in 6. Quæ tamen obiectio quicquam non officit, ei etenim duplex potest adaptari solutio, prior est, quòd actus iste statuendi inter subiectos nō arctatur territorio l. fina. & ibi nota. ff. de de-*

cre.ab ord.facien.l.mercatores C.de commerc. & mercat.l.si quis in hoc C.de episcop. & cleric. c.tuæ et c.fi.de cleric.nõ resid. & ita notat Io.Cãpeg.in d.tract. stat. exclus. femin.q.49. uers. in cõtrariũ adducitur: Secũdo respõdetur, actum statuendi ius potius permissionis, quàm iurisdictionis dici, uti late & pulchre Iason declarat in repetitio.l.omnes populi num.34.ff. de Iustit. & iure. Attamen posito, sed non (ut aiunt) concesso, quòd statuendi facultas iurisdictionis sit, in genere tamen sumptæ, comprehendentis scilicet, merum ac mixtum imperium simplicemq; iurisdictionem l. Imperium ff. de iurisdic.omn.iud. vbi scite Ang.nu.7.& 8.latissime & accurate Ias.in d.l. omnes populi nu. 22.& locupletius cum affirmatione veritatis nu.25.de iust.& iure, non tamen ita iurisdictionis est, minusque ei ita inesse dicitur, Bart.in l. prima, nu.15.ff.de iurisd.omn. iud. quin possint a non habentibus eam statuta fieri, copiosissime Tiraquel.in d.tracta.de iure primog.d.quæstio. 16.nu.5.licet Alber.Brun.in d.8.artic.princip. quæst.25.ante finem, contrarium inaduertenter verius esse putauerit: Nam quemlibet populum, siue eius consilium, quod totum populum

repræ-

repræsentare dicitur glo.in rub.c.quæ sit longa consuet.Bart.in d.l.omnes populi nu. 16. Bald. in c.cum omnes nu.16.de constit.& alibi sæpissime Iaſ.post alios in l.cum prolatis nu. 8.ff. de re iudica.quemlibet inquam populum etiam iurisdictione carentem, indistincte & sine superioris authoritate in concernentibus rerum suarum administrationem statuta condere posse, constat. Itaque concludit Bart.in l.fina.nu.20. ff.de colleg.illicit.in d.l.omnes populi, in prima quæstio.princip.nu.3.Bald.nu. 3. ubi plerosque textus in concordiam vocat Castrens. nume. 4. Ang.nu.5.Iaſ.in prima lectura nu.20. & in repetitione nume.7.ff. de iust.& iure,& passim apud scribentes notatum legitur, Quomodo igitur, ad Bruni argumentum reuertendo, iurisdictionem statuta hæc sapere poterunt, si nulla iurisdictio est in uniuersitate statuēte l.si seruum §.si modus ibi bonitas fundi quæ non est, perpendi non potest.ff.de actio.emp.cum vulgar.

136 *Sed, quomodo quæso etiam possibile est, vt municipales exclusiue mulierum a successionibus constitutiones, bona extra territorium posita non comprehendant, potestatis defectu, vt putauit Roland.à Valle in tracta. de lucro dotis*

quæst.20 in fine, cum receptißimum sit, statutum id intelligere, & posse, si expreßis & disertis verbis dictet, etiam ad bona vltra territorium exclusionem extendi, vti Ruin. ex facto consultus respondit in cons.39.col.12. vol. primo, cui subscribit post alios ab eo vocatos Portius lib.5.commun.conclusio.reg.25.uers.hoc tamen negari non potest, ita enim si forensia bona sub istorum statutorum dispositionibus non ueniunt, non potestatis defectui, sed verborum amplorum deficientiæ id tribuendum est.

37 *Sed & alys modis traditio hæc, quod exclusio feminæ quæcunque vbicunque existentia bona complectatur, comprobari videtur, cum enim in primis à loco & tempus & econtra l. vinum & ibi Iaſ.nu.2. cum cæteris scribentibus ff.si cert.peta.l.fina.& ibi Bart.ff.de cond. triticar.glo.in Clem.2.in fine in uerbo regularem de censib.& a re quoque ad tempus, uiceq́ue uersa l.qui plures la 2.vbi Bart.Iaſ.& reliqui in princ ff de uulg.et pup.substit.Doctor. in l.miles ita §.& quia diximus, ff.de testa.milit.Clarißimus D. Osascus decisio.111.nume.13. cum simil.quæ nota sunt argumenta ius respuere, non censeatur, a quibuscunque bonis, & rebus,*

bus, in quouis territorio positis, exclusa filia intelligi debet. sicut in perpetuum semel simpliciter, & generaliter exclusa iudicatur, l peto §. fratre de lega. 2. c. primo, §. quinetiam ibique Bald & Aluar ambo. num. 3. in titu. Epis. vel Abba. glo. penul. in l. in quibus casibus, vbi Bald. C. de secun. nupt. Idem Bald. in c. primo, nu. 2. de fil. nat. ex matrim. ad morgan. contrac. & in l. Gallus §. & quid si tantum in fine, ibidemq; Ang. nu. 13 ff. de liber. & posthum. & Bartol in l fina. §. quando in pendenti nu. primo 2. & sequen. ff. ad Tertullia. & passim responsum extat, ita quod mors masculi non patrocinetur postea feminæ semel exclusæ Bald. & Aluar. in d. §. quinetiam nume 3. Idem Aluar. in c. 1. nu. primo, in titu. de capita qui cur. uendid. & in c primo, nu. 8. in fine titu. de eo qui sibi hæredib. que suis mascu. & femin. cum alijs traditis per Cephal in cons. primo. nu. 8. in cons. 30. nu. 4. & in cons. 113. nu. 12. latissime etiam per Alcia. respon. 70. nu. 2.

138 *Sicut pœnalis dispositio nullam temporis præfinitionem tacite uel expresse continens, perpetua censetur, l seruus ubi Bald. & Salice. C. de pen. l. fina. C. Vt lite pend. cum alijs docte per*

Felin. scriptis in c. ex literis nu. 11. de constitu. quibus adde Grammat. decisio. 102. nu. 114. & immunitas alicui concessa, simpliciter perpetua esse intelligitur, c. decet de reg. iur. lib. 6. & l. beneficium ff. de constit. princip. quæ iura ad hoc citauit Alberic. in l. cum quidam in fine ff. de am. lega. quem refert Tiraquel. in l. boues §. hoc sermone octa. limita. nu. 4. ff. de verbor. signific. Item & interdictio postulandi simpliciter alicui facta, perpetua esse existimatur l. prima, vbi glo. C. de postul. glo. in l. puto ff. eod. et l. mortis, ff. de pœnis. Necnon & rescriptum indistincte concessum perpetuum est, nec aliquo tempore finitur, l. 2. ubi glo. C. de diuers. rescrip. tanto vero magis exclusa perpetuo femina manebit, si legibus hisce municipalibus dictiones semper, perpetuo, vel quandocunque, aliæq; similes inserantur, quas ad certi temporis præfinitionem nõ facile restringi Parisius post alios, quos adducit, egregie docet in cons. 42. num. 43. lib. 3. cui nouissime Portius subscribit in cons. 36. nu. 42.

139 *Ergo si temporalibus statutum uerbis utatur, ut quia dicat donec, quandiu, uel quousq; supersint masculi, femina non succedat, perpetua non erit*

erit successionis priuatio Ang. in §. si quis autem non implens in Authen. de hæred. & falcid Bar. in l. prima, nu. 15 ff. de cond. & demonstrat. Bald. in l. imperator ff. de postul. & in l. si Pontionilla, C. quan. dies lega. ced. Ias. in l. in substitutione nume. 7. ff. de uulg. & pup. substit. Alber. Brun. in d. tracta. stat. exclus. femin. in decimo artic. princip. 4. membro quæstio. 5. Afflict. decisio. 158. nu. 4. Craue. in cons. 127. nu. 10. & 11. cum alijs per Cephal. nominatis in cõs. 30. nu. 53. & in cons. 251. nu. 93. quibus pene innumeros insuit Tiraquel. in tracta. cess. cau. limita. 23. & in l. si vnquam in uerbo susceperit liberos nu. 194. C. de reuoc. donat. nec dissimile ius in femina ad feudum aspirante, cuius concessio feminas, masculis non deficientibus, succedere vetat, obseruari videtur, vt per multa ab eo allegata concludit Cephal. in cons. 251. nu. 92. vsque ad finem.

140 *Veluti etiam filia renuntians hæreditati paternæ ob masculos, illis mortuis ad successionem admittitur, Tiraquel. in d. tracta. cess. cau. par. prima. nume. 232. & in præfatio. l. si vnquam nu. 77. C. de reuoc. donat. cui addo. Craue. cum alijs per eum nominatis in cons. 42. num. primo,*

& in cons. 127. num. 9. & 10. quibus nonnullos alios iungit Cephal. in cons. 62. nu. 31. eleganter & doctè splendidißimus D. Ossicus decisio. 98. nu. 11. & 12. Aequum est enim, ut exclusionis causa cessante, ipsa quoque exclusio non subsistat, l. Gallus §. in omnibus & l. inter cætera ff. de liber. & posth. Cephal. in cons. 105. num. 14. latißime Tiraquel. eod. cess. cau. tracta. par. prima, nu. 96. & posterioribus cum etiam ad tempus prohibita post temporis limitati lapsum videantur esse permissa l. pater filium §. fundum Titianum, et ibi Bar. & omnes, ff. de lega. 3. pulchrè Molin. in cons. 7. num. 2. idque etiam si ex raciocinatione hac argumentum a contrario ad iuris communis correctionem induceretur, Bald. in l. obseruare § proficisci quæst. 3. ff. de offic. procons. Rationem Cephal scribit in cons. 77. nume. 19.

141 *Quæ conclusio, non ideo minus procedit, quòd momento tantum inter masculos agnatos hæreditas duret, glo. penult. in d. l. in quibus casibus C. de secun. nup. in argumentum inducitur text. in l penul. ff. de testa. tute. notantq; Bald. in l. si quis posthumos §. si filium uersiculo, prædicta possunt habere locum, & ibi Castrens. nu.*

5. ff.

5.ff.de liber.& posthum.& Iaſ.in l.inter stipulantem §.ſacram.nu.22.ff.de verb.obligat.excluſus enim adhuc manet, qui per aliquem caſum, licet is non duret, excluditur, Bald. per illum tex.in d.l.ſi Pontionilla C. quan. dies lega. ced.& Alber.Brun.mox citatus in d.quæſtio. 5.poſt principium uerſ.ad idem facit, quia poſtquam hæreditas &c.

142 *Et licet glo.in c.primo, §.quinetiam in uerbo non admittuntur d.tit.epiſ.col. uel Abba. et in c.primo, §.hoc quoque in verbo non extantibus de ſucceſſ.feud. ibidemq́; Bald. non velint ad filiæ excluſionem momentum ſufficere, quippe quod eſſe quaſi non videatur, quod parum durat, minuſq́; perſeuerat, l. poſthumus præteritus.ff.de iniuſt.rup.& irri fac. teſtam. l. ſi pro patre §.uerum, ff. de in rem verſo. faciuntq́ue etiam tex.in l. pleriq́ue ff. de ritu nup. & in l. diuortium non eſt, ff. de diuor. & repud. vbi a viro non dicitur mulier diuertiſſe, quæ per momentum ab eo abfuit, ſic ſoluens, vt ſtatim repetat, ſoluiſſe non dicitur l. qui ſic ff. de ſolut. & monetæ augumentum ſiue diminutionem, quæ modico tantum tempore durauit, non attendi docet tex.in l.pretia rerum in fine, ff.ad leg. Fal-*

cid.

cid. Abb. in c. quanto nu. 12. uers. uenio ad secundum ext. de iureiur. Bart. in l. Paulus nu. 9. ff. de solut. & momentanea acquisitio. in consideratione non habetur, l. fina. §. ultimo C. de bon. quæ liber. quo nomine respondit Cephal. in cons. 168. nu. 58. in possessionem immissum non dici, qui in ea non diu stetit; inde & dolo eum lex arguit, qui petit, quod temporis momento est restituturus, l. dolo, ff. de except. cum aliis in rem hanc fusissime per Tiraquel. cumulatis in tract. de retrac. consang. in præfatio. nu. 24. latius in tracta. de iudic. in reb. exig. foren. per Roland. Vallen. in consil. 15. nu. 35. lib. primo. Cephal. in cons. 77. num. 44. atque Menoch. in dec. ter. recup. possess. remed. nu. 87. & sequen. Verius tamen est, contrarium verius esse, Alber. Brun. in d. tracta. stat. exclus. femin. in 6. artic. princip. quæstio. 21. & in nono artic. princip. quæst. ultima, nec enim ambigitur, momenta, in his quæ momenti sunt, plurimum operari l. sed etsi partus §. fina. ff. de eo quod met. cau. l. cum prætor, ubi Dec. ff. de reg. iur. Ias. in l. cum filiofamilias nume. 43. ff. de lega. primo. Hinc ratione parui momenti testamentum irritari, constat, l. uxoris abortu, C. de posthum. hæred. instit. et

substi

substitutum a testatore filio. si sine liberis obijsset. filius qui modico tempore superuixit, excludit, quod Bald. docuit in d. §. quinetiam nu. 2. et in l. cum vxori per illum tex. C. quando dies lega. ced. & probatur in l. ex facto §. vltimo ff. ad Trebell. & in l. quod de pariter vbi omnes scribunt, ff. de reb. dub. plura congerit Port. in cons. 137. nu. 11. & 12. quod tamen ciuiliter intelligendum esse docet Zasius in tract. substit. paulo ante finem uers. quia uero. Sic donatio, quæ ex superuenientia liberorum reuocatur l. si vnquam C. de reuoc. donatio. non reconualescit, etiam si illico moriantur, latißime Tiraquel. post alios in d. l. si vnquam in verbo susceperit liberos nu. 187. 201. & pluribus alijs præcedentibus & sequentib. vbi innumera penè concordantia citat pro confirmatione huius sententiæ, in quam transire etiam videtur Crau. in cons. 151. nume. 28. Sed & horæ ratio etiam in collationibus haberi solet, glo. in c. duobus in verbo si apparet de rescrip. in 6. & erudite ac copiose Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudic. Centur. prima casu 48. in princip. quibus addo Nattam in cons. 530. nu. 45. latius Portius in cons. 28. nu. 14. & 15. & in cons. 171. nu. 6. vt quoque quis primogeni-

genitus sit, sufficit cæteros momento procedere, Tiraquel. in tracta. de iure primogen. quæstio. 2. Menoch. d. centur. 2. casu. 47. nu. 8. & 9. momentanea quoque possessio sufficit, ut actione Publiciana quis experiatur. l. cum sponsus in fine ff. de Publicia. Ang. in l. eum qui §. fina. nu. primo, in fine ff. eod. & Bald. in c. fina. nume. 4. vers. item prætor de constit. Amplius momentum in interdicto uti possidetis probationem præualere facit Bald. in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter nu. 3. ff. ex quib. cum maior. Felin. in c. pastoralis nu. 5. ext. de rescrip. quibus assentitur Natta in cons. 572. nu. 7. & 9. Vlterius filius infans, qui post mortem patris nisi per horam vixit, ex suitatis potentia, patris hæreditatem non agnitam ad hæredes a iure vocatos transmittere, scribit Bald. in l. vnica §. in nouissimo nu. 5. C. de caduc. tollen. & Ang. in cons. 51. nu. 3. in fine, se pluries ita consuluisse ait, cum quibus alij cõcordant, quorum meminit Alcia. respon. 231. Postremo dotis portionem maritum lucrari, receptius est, etiam si matrimonium ipsum momento durauerit l. non tantum, ubi Bal. & cæteri omnes. C. de lega. Ias. in l. si quis donatarius §. si quis indebitum in fine ff. de condic.

cau.data. Ripa in rub. ff. ſolu. matrim. num. 66. omnes citat Tiraquel. in d. l. ſi vnquam in verbo donatione largitus nu. 221. & 229. C. de reuoc. donat. quibus iunguntur cum ab eis cumulati Roland. a Valle in tracta. de lucro dotis quæſtio. 49. Menoch. in dec. ter. recup. poſſeſſ. remed. nu. 91. & Port. in conſ. 21. nu. 94. & in conſ. 46. nu. 6.

143 *Non eſt autem magna facienda vis in ſolutione tex. d. l. poſthumus præteritus ff. de inius. rup. & irri. fac. teſtam. qui contra noſtram hãc ſententiam vigere plurimum videtur, vbi teſtamentum poſthumi agnatione ruptum reconualidatur, ſi uiuo adhuc parente, is poſthumus ſtatim poſt eius ortum vita decedat, ſatis enim ſcitè & ſufficienter Tiraquel ei reſpondit in d. l. ſi unquam uerbo ſuſceperit liberos nu. 198. & duobus ſequen. C. de reuoc. donat. Æquitatem prætoriam ſcilicet ibi ſpectari, glo. in l. conficiuntur §. ſi poſt factum in fine in uerbo valere codicillos ff. de iure codicil. Socin. in l. prima, nu. 2. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. quæ alibi ſcripta non legitur, item non ſimpliciter teſtamentum ibi recõualeſcere, ſed ex eo tantũ bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas peti Ang. in d. conſil.*

sil.51.nu.3.uers.sed quia dicta femina post Bald. & alios relatos per Tiraquel.mox nominatum: Indè hunc casum singularem esse, idcirco quod ex his sit, in quibus etiam hodie necessaria bonorum possessio esse videtur, scribit Clarus lib. 3. senten. §. testamentum quæstio. 42. uers. Sed quid si ipse filius, & quæstio.45.uers.& ex hoc sequitur: Præterea quoque et tertio id fieri, quia uenientes ab intestato erant in testamento instituti, per illa uerba in d. l. posthumus posita, ibi si bonorum possessio data fuerit ei, qui rem ab intestato auferre posit, ut Bart. ibi colligit, quem Castren. & Ang. sequuntur in d.l.2.C. de posthum.hæred.instit. quæ ratio singularis existimatur, vt patet ex notab. decisio. tex. in l. hac consultissima §. si quis autem testamento C. de testam.et aliis allegatis per Boërium decis. 241. vbi testamentum perfectissimum posteriorem minus solemnem testatoris voluntatem infirmare, ius permittat, eo quòd in priore elogio nominati erant hæredes, qui ab intestato ad eius successionem venire non poterant, in secunda autem voluntate, eos testator hæredes scribi iusserat, qui ab intestato ad eius hæreditatem uocabantur, declarat pulchrè Iulius Clarus lib. 3.

senten.

ſenten.quæſtio.97.quibus concinit text.in l. pater §.quindecim.ff.de lega.3.in l.2.ff.de iniuſt. & irrit.fac.teſtam.nec inconueniunt tex. in c. primo,de alien.feu.& in c.primo §. ſed & res, per quos fiat inueſtit. ubi feudum alienari prohibitum diſtrahi permittitur in coniunctum,ad quem poſt mortem alienantis peruẽturum erat & notat Crau.in conſi.39.nume.14. inde & in dubio ex duobus teſtamentis, ſolet illud approbari,quod uenientibus ab inteſtato fauet, Bart. in l.prima,§.non autem uerſ.2. limitatio.ff. de bon.poſſ.ſec. tab. Aret. Inſtit. de ademp.lega. nume. 3.uerſ.ſecundo hoc eſt Verum Rubeus in conſ.14.nu. 5.cum aliis allegatis per Cephal. in conſ.72.nu.10.& in conſ.238.num.22.faciunt hic etiam,quæ ſcripta ſupra ſunt in uerſ. Vlterius feudi alienatio nu.61.

144 *Perpetuum tamen id non eſt,procedere enim declaratur,niſi illa vitæ modicitas et breuitas ex partus intempeſtate proueniret, quod ſcilicet is uitalis nõ eſſet,ut puta ante ſeptimum uel octauo menſe natus.ſeptimo menſe ff.de ſta homin.d.l.uxoris abortu C.de poſth.hæred.inſtit. locupletiſſime per Tiraquel.in d.uerbo ſuſceperit liberos nu. 158.205. & aliis antecedentibus*

& qui

& qui sequuntur C.de reuoc.donat. Sed non minus copiose per Menoch.lib.2. de arbitrar. iud. casu.89.centur.prima,nu.34.& multis sequentibus,quandoquidem tunc haberetur pro non nato,cum paria sint,quem mortuum nasci, uel uiuum quidem,sed eo tempore,quo eum uiuere nō posse,certum sit,quia tunc etiam inefficax dicitur argu. l. ex his, ibique Ias.ff. de condic. indeb.& ita Crau.argumentatur in cons.210.nu. 6.quibus iungi possent scite admodum tradita per Alcia.respon. 281. nu.2.Inde uulgatissima iura paterna posthumi agnitione testamenta frāgi sinentia l.lege duodecim tabularum C. de legi.hæred.§.posthumi Instit.de exhæred.liberorum l.prima ff.de irri.testam. cum suis comparibus,locum sibi non uendicare, receptum est,si ante septimum mensem posthumum nasci, contingat. Castrens. in l.quod certarum, quam interpretatus est cum l.præcedenti nume. 3. C. de posthum.hæred.instit.quem ibidem eodem numero Alex.sequitur necnon in l.quod dicitur nu.7.Ibiq; Ias.num.14.ff.de liber.& posthum. Sed Socinus ita se in ciuitate Lucana consuluisse ait,in l.cum Auus nu.110.ff.de cond. & demonstr. & in cons.275.prope finem lib.2.ubi

hanc

hanc cōmunem, & ueriorē testatur esse sententiā, quam sequitur Dec. in l. posthu. nu. 4. uers. prædictæ autē C. de bono. poss. cōtratab. licet sibi contrarius, & cōmuni aduersans, oppositum uerius esse, ex facto consultus respōderit in cons. 623. nu. 3. et a communi non videtur recedere, Afflic. decis. 236. & Boer. decis. 220. quā latissime cōprobat Clarus lib. 4. recep. sent. §. testa. q. 45. & Alcia. in l. qui mortui nu. 1. ff. de uerb. signif. Quod etiam si is posthumus baptizatus sit, procedere, scribit Cephal. in cons. 138. nu. 29.

145 *Secundo, quod etiā ad bona extra territorium posita iura hæc singularia feminarum exclusiua trahantur, (posteaquā de potestate ab illorū bonorū successione priuandi, non esse dubitandum satis supra edoctum est) innuere videtur, ratio generalis eorum, quæ totā dispositionē generalem redit l. reg. §. cum quis, vbi Bart. ff. de iur. & fac. ignor. Crau. in cons. 185. nu. 32. Cephal. in cons. 143. nu. 5. & consequenter omnia bona cōplectitur: vulgatissimū est enim in iure nostro, indistinctam dispositionē generaliter, prout expressa est, intelligi & interpretari, l. 3. ff. de offic. præsid. l. de pretio ff. de Publicia. in rē actio. l. 2. ff. de aleator. l. leges sacratissimæ, C. de legi.*

cum simil. quod etiam in pœnali, simulatq; odiosa materia, verum esse docet Angel. in l. vlti. nu. 13. ff. de constit. princ. cum alijs allegatis per Tiraq. in præfatio. l. si unquã, nu. 119. C. de reuocan. donat. & per Crau. in cons. soliuago nu. 61. & in statutis procedere, nuncupatim tradit apostilla ad Mathesil. in sing. suo. 110. nu. 14. præsertimq; vbi disponentiũ mens nõ repugnat Ang. in cons. 283. nu. 5. & Ias. in cons. 24. col. 7. circa mediũ lib. 1. quorum meminit Crau. in cons. pro Gene. nu. 102. Si enim bona extra territorium posita non cõprehendi, sub istis dispositionibus statuentes voluissent, vtique id exprimerent, veluti in consuetudine regni Neapolitani distinctum est, qua in bonis extra districtum mulieri succedere, cum masculis permittitur, cuius cõsuetudinis meminit Capicius in deci. 159. nu. 1.

146 *Tertio, interpretatio hæc ad bona vbicunq; posita, quod sit facienda, esto (citra tamen ueritatis noxam) quod in odiosis simus, natura verborum in statutis appositorum (quæ in nostra Marchionali constitutione plura legũtur,) demonstrare, non obscure potest, vir iurisconsultissimus D. Petrinus Bellus in tract. de Bello & re milit. par. 9. tit. vnico nu. 16. indubitati enim*

iuris

iuris est, etiam odiosam dispositionem latè intelligi, quatenus uerborũ proprietas patitur l. cum de lege ubi Aret. declarat ff. de testa. glo. fi. in c. contra Christianos de hæret. lib. 6. cũ alys per Crau. scriptis in cons. 294. nu. 3. uers. quanto fortius verba vniuersalia nu. 8. uers. & si dispositio odiosa & in d. soliuago cons. nu. 61. & in priuilegiys notat Abb. in c. 2. nu. 16. uers. si autem talia priuilegia de immun. eccl. ac Ias. in l. Beneficium nu. 24. C. de const. princ. in dispensatione, Natta post Calderin. in cons. 93. nu. 18. et in materia pœnali scribit Dec. in l. factũ cuique suum nu. 10. ff. de reg. iur. quẽ refert et sequitur Crau. in tract. de antiq. temp. 1. par. qua. par. princip. nu. 156. & in quocunq; alio odioso subiecto, siue id pœnale, siue correctorium sit regulã militare notat Dec. in c. 1. in 1. lec. n. 4. vers. nã etiã in materia odiosa de const. in cons. 105. ante finẽ, et alibi sæpißime sicut recitat simul alios cõcordes nõ paucos nominãdo, Tiraq. in præf. l. si vnquã nu. 119. C. de reuoc. donat. in trac. de legib. connub. glo. 7. nu. 91. et in tract. de præscrip. §. 1. glo. 11. uers. idq; adeo procedit, addo Port. in nostrorũ iuriũ municipalium speciebus in cons. 35. nu. 21.

147 *Verba vero quæ in prouinciali nostro decre-*

to ad ita dicẽdum cogunt, plura sunt, primo uox illa nihil, quæ dictio est vniuersalis negatiua l. si is qui ducenta §. utrum ff. de reb. dub. l. ultima ff. de liber. et postu. cum alijs uulgaribus quæ citat Tiraq. in d. l. si vnquam in uerbo susceperit liberos nu. 85. C. de reuoc. donat. cuius cõstat maximam esse uim, cum totum excludat l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acquir. posses. Salic. in l. fi. nu. 2. uers. ego etiam reprobo C. de acqui. poss. Crau. in cons. 308. nu. 4. post princ. cum alijs citatis per Menoc. in 14. remed. recup. poss. nu. 3. Ergo cum in totum lex feminas repellat, ad nihil poterunt admitti, vt ita omnium casuum, et rerum exclusio nullos nullásue includat l. Iul. ff. de lega. 3. l. à procuratore C. mandati c. si Romanorum distinc. 19. itaq; pulchre concludit Crau. in d. cons. 294. nu. 1. in princ. Sed suffragari non modicum conclusioni huic in terminis nostris uidetur, uerbum quicquam iunctum d. verbo. nihil, quod etiam minimam partẽ excludere creditur, l. feminæ §. fi. C. de sec. nup. & notat Tiraq. in d. l. si vnquam in verbo omnia vel partẽ aliquam nu. 17. C. de reuoc. donat. et omissa uehementia uerbi bonis, quo etiam statutum utitur, ibi & nihil quicquam in bonis et hæreditate pe-

tere poßit et c.cuius amplißima est significatio cum mobilia, immobiliaq́; necnon et iura comprehendat l. princeps & l. bonorum appellatio, ff. de verbor. signific. l. qui actionem ff. de reg. iur. cum vulgar. de quibus locupletißime per Tiraquel. in d. l. si unquam in verbo bona nu. 8. & pluribus sequentibus, & latius in tract. de retrac. consang. §. 1. glo. 7. nu. 1. aliisq́; non paucis posterioribus invincibiliter, ita nos suadet, & monet dictio illa hæreditate, cuius significatio universitatem demonstrat l. Bonorum appellatio, sicut hæreditatis ff. de verbor. signific. l. hæreditas ff. de reg. iur. l. 1. §. imperialis ff. de rer. divisio. cũ aliis superius proprio loco designatis nu. 102. & in specie Campeg. in huiusce materiæ tracta. quæst. 49. in fine.

148 *Sed consideranda quoque sunt illa verba, non poßit in d. nostra municipali lege scripta, quæ pariter sunt abnegativa omnis potentiæ glo. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. & in terminis nostrorum statutorum similia verba ponderat Alcia. respon. 52. nu. 12. negativa etenim præcedens verbũ potest, omnem radicitus facultatem abnegat Accur. in l. 1. super uerbo non potest, vbi recentiores aduertunt ff. de verb. oblig. & in l. nemo po-*

 test,

test, ff. de lega. 1. scite admodũ Marcus Mantuã sing. suo. 30. nu. 2. & 3. Portius in cons. 6. num. 45. & in cons. 107. nu. 37. & Ceph. in cons. 235. nu. 10. & cæteris cumulatius Tiraquel. in legib. connub. glo. 4. in princip.

149 *Concurrit præterea illa clausula, (quæ et in alijs huiusce generis statutis apponi consueuit) quòd sit dote, vtcunq; sibi constituta, mulier contenta, quo casu nullam læsionem ipsam prætendere, nihilq; amplius petere posse, receptum est, Bald. in l. fi. in 1. lectur. nu. 4. C. de dot. prom. & in Authen. res quæ nu. 16. ubi enim Curt. Iun. nu. 10. C. commun. de lega. Alex. in cons. 121. nũ. 2. lib. 6. vbi Molineus alios citat, idem voluit Dec. in cons. 26. nu. 4. et in cons. 505. nũ. 5. cum alijs, quos nominat Cephal. in cons. 91. nu. 50. & diximus supra num. 128. quibus insuitur Alcia. respon. 65. nu. 1. & alij non pauci relati a Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. cent. 2. casu. 149. nu. 2. 3. & sequentib. Ex quibus necessario inferri videtur, ex manifesta decreti nõstri dispositione feminam proculdubio a quibuscunq; bonis, vbicunque ea posita sint, excludi, & ea potißimum de causa, quòd decretum ipsum a principe factum fuerit, quod in tota prouincia custo-*

ditur,

ditur, & pro lege obseruatur, Bald. in Authen. omnes peregrini C. commun. de success. Roland. in cons. 86. nu. 22. lib. 1. notant cōmuniter scribētes in l. 1. præsertim Signor. de Homed. in fin. C. de sum. trin. & fid. cathol. contra quod excipi inane illud non potest, ipsum non potuisse de bonis in aliena iurisdictiōe positis disponere, sicut aliàs ita me consuluisse memini in causa non leui, quæ adhuc sub iudice est.

150 *Nec si interrogari horum statutorum conditores contingeret, eos aliter responsuros fuisse reor, cum enim a successionibus feminas statuentes excludēdo ad ipsius progeniei decus apud omnes respexisse existimentur, consequens fit, & id eos voluisse, sine quo commode propagari familiæ honos non potest, ipsarum videlicet opum apud masculos residentiam l. indebitam, ff. de cōdic. indeb. Dec. in c. præterea nu. 5. de offic. dele. & pulchre Crau. in cons. 186. nu. 7. cum alijs infinitis. Quocirca succedit locus theoricæ glo. fi. in l. tale pactum §. fi. ff. de pac. pro disposito expresse id censeri, quod sciscitatus contrahens uerisimiliter respondisset, quam etiam in statutis procedere, notat ibi Bald. & in l. 1. C. quæ res pign. oblig. poss. Natta in cons. 73. nu. 12. Socin.*

Iun.in conſ.1.nu.127. lib. 1. cuius meminit Roland.a Valle in conſ.97.nume.18.lib.2.& notat etiã Grãma.deciſ.102.nu.117.cum infinitis propemodum cumulatis per Tiraq. in præfatio. l. ſi vnquã nu.56.C.de reuoc.donat. Itaq; in noſtrorum factorum ſpeciebus plures ex facto conſulti reſponderunt, inter cæteros Roland. a Valle in conſ.55.nu.8.lib.1.Iacob. A Emil.conſ.1. nu. 17.quinetiam in quacunq; materia locũ ſibi uendicare docet, Iaſ.in l.ſi extraneus nu.7.ff. de cõdic.cau.dat.cau.non ſequu.& doctiſsimus Oſaſcus deciſ.64.in fine.

151 *Et hanc concluſionem veriſsimam eſſe puto, itaq; ego in quibuslibet id genus factorum ſpeciebus, niſi diſerte & explicite uerba ſtatuti repugnarent reſponderem, tametſi contrarium uelit communis conſenſus, niſi errorem malimus dicere, qui ſi ſequendus a nobis eſſet, ueterum reuerentia id eſſet faciendum, non autem ratione, aut lege ita ſuadente, ſcite hic quadrat Iaſonis ſententia in l.diuortio §.non ſolum nu. 4. uerſ. tertio conſidero.ff.ſolu.matrim.contra communem ſententiã lege non munitam, ut hic fas eſſe iudicare, Iaſonis meminit Cephal. in conſ. 166. nu.19.quibus vlterius, neſcio quid deferẽdum,*

quis

quis arbitretur, cum eorũ plures ne dicã omnes, sibi ipsis aduersentur l. 2. iuncta l. qui falso vel varie ibiq; Accurs. notat. ff. de test. Quinetiam si secundum iuris tramites loquamur, cõmunis à nobis supra conclusa erit opinio, cum non eã numerus sentẽtiarum, sed põdus rationum faciat, l. 1. §. sed neq; C. de vete. iure. enucl. scite admodum declarat Alba in l. 1. nu. 129. ff. si cert. pet. quibus concinunt tex. in l. ob carmen, §. fi. ff. de testib. & in c. in nostra ext. eod. & similia quã plura notata per Alcia. cum additio. in tract. de præsump. reg. 1. præsump. 51. Sed esto crebriorem negatiuam esse opinionem, cum tamen affirmatiua, quod scilicet quæcunq; vbicunq; existẽtia bona exclusio feminæ complectatur, melioribus nitatur fundamẽtis, ei etiam magis receptæ præualere debet, l. Plautius ff. ad leg. Falcid. vbi Paulus Iureconsultus secundum solius Caßij sententiam, aduersus opinionem Altibicini, Neruæ, & Sabini, respondit, idcirco quod ratio, qua opinio Caßiana nitebatur, virilior esset, Abb. post Io. And. & alios in c. 1. nu. 15. de cõst. in c. capellanus per illum tex. nu. 3. de ferijs, & in c. ex literis il 1. nu. 2. de spons. Ias. in l. vt vim nu. 34. ff. de iust. & iure, cum simil. Iustius est enim,

&

& æquius, illi adhærere sententiæ, quæ melioribus solidioribusq; rationibus fulcitur, etiamsi supremum ipsum principem contrarium opinari contingat, l. AEmilius Largianus ff. de minor. fusissime Crau. in resolut. motiuorũ respon. pro Gene. fol. 43. uers. consequenter his dicendum, Et in nostris terminis ita tradit Gabriel Saraiua in additio. ad Mathesil. singul. suo. 110. nu. 4.

152 *Nec recedendum ab hac sentẽtia ob id esse videtur, quod a iuuene iureconsulto hæc proferantur, (nec uerò arroganter hoc quis dictum esse existimet,) sæpius enim factum est, vt adolescentes scirent, quæ latuere senes l. potioris gradus C. de offic. rector. prouin. c. frustra distin. 8. c. esto in fi. distinc. 95. c. si habes §. sed si tibi 24. q. 3. non insulse Menoc. in fine secundi respon. cau. Finarien. et scitissime Tiraq. in vndec. leg. connub. nu. 5. & sequen. Inde veteres legislatores Paulus et Iulianus Celsi adolescentis responsum sequi, dedignati non sunt, l. si seruum §. sequitur ff. de verb. oblig. locupletissime Tiraq. in tract. de iure primog. in procemio nu. 103. & sequen. & erudite admodum Port. in cons. 70. & nescio profecto, unde tam prauus inter doctores mos insurrexerit, volentes potius ad pauca re-*

spicien-

ſpicientes, cùm pluribus nō præſcrutatis, nec trutinatis rationum neruis cōtra quàm iuriſconſulto conueniat, cuius munus eſt, omnia bene et optima ratione decernere l. fin. §. miſta ff. de mun. & honor. peccare, quàm ſoli aut cum paucis bene ſentire, Auium more, quarum unam quocunque etiam in laqueos & retia præuolantem, cæteræ ſequuntur c. in apibus 7. q. 1. cumulatiſsime Roland. à Valle in conſ. 100. nu. 50. lib. 2. & eleganter Zaſius in l. 2. in uerbo innouare ff. de origin. iur. & D. Oſaſcus deciſ. 77. nu. 20.

153 *Sciendum eſt tamen antequam tractatus huius finis ſit, feminam, ut ab agnato excludatur, oportere eſſe dotatam, ueluti in tota pene Italia, ubi ſtatuta hæc uigent, expreſsim cautum eſt, ut inquit Menoch. lib. 2. de arbit. iudic. Centur. 2. caſu. 149. in princip. & decretum quoq; noſtrum expoſtulat, cuius beneficio nō aliter quis gaudebit, quàm ſi eius qualitates obſeruet, easq; interueniſſe demonſtret l. in dilectis §. ſi extraneus ff. de noxal. l. 1. §. ait prætor ubi Bart. ff. ne quid in flum pub. cum infinitis propemodum cumulatis per Crau. in conſi. pro Gene. nu. 31. & ita in propoſito ex facto cōſultus reſpōdit Bart. in conſ. 31. Roland. à Valle. in conſ. 45. nu. 10. lib. primo,*

primo, Natta in conſ.581.nu.2.& 3.& alij legẽdo, & conſulendo tenuerunt, quorum meminit Cephal.in conſi.120.nu. 4. tametſi ſi ſimpliciter filiam excludi, nulla dotis mentione facta proponatur, non aliter tamen eam a ſucceſsione repelli, receptum ſit, quàm ſi competenter dotetur, Bald.in l.fi.nu.3.C.de dot.prom. Iaſ.in l. quamuis C.de fideicom. Capicius deciſ.176.nu.11. Dec. in conſ. 26.in princ.in conſ.180.num.2. in conſ. 176.nu.1.uerſ. Secundo competentia dotis & in conſ. 379.nu.13. Crau.in conſ.189.nu.2.& Natta in conſ.201.nu.13. cum alijs copioſe citatis per Tiraq.in l.ſi vnquam in uerbo ſuſceperit liberos nu.109.& ſequen.C. de reuoc. donat. Quod ſi non nubere, verum caſtè uiuere maluerit, non ideo magis cum agnato admittetur, cũ per eam ſtet, quo minus dotata dicatur, vt bina Baldi authoritate fretus ſcribit Alcia.lib.1.de uerb.ſig. nu.38.& ſequitur Cãpeg.in tract.quod ſtantib. maſcu.q.31. Quemadmodum ſtante lege municipali, quod maritus dotem lucretur, vxore copulata præmoriente, ſi per vxorẽ ſteterit, quominus a viro cognoſcatur, lucro non idcirco maritus priuatur. l.fi.C. de epiſcop. & cleric. per quem tex. eleganter ita decidit Bald. in l. non ſine nu.

ne nu.1.in fi.C.de bonis, quæ liber. cui subscribit Alex.in cons.129.nu.2.lib.7.& Boer.decisio. 22.nu.39.a quibus non discrepat Natta in cons. 282.nu.5.uers.sed non eundo per mendicata suffragia, omnes citat Roland.in cons.10.nu.7.in cons.50.nu.11.lib.1.ac in tract.de lucro dotis,q. 7.nu.7.& tex.in argumentum trahi posse videtur in c. de illis de sponsal. Quo iure factum etiam esse videtur, vt hæres femina instituta, si cupiam nupserit, conditioni non paruisse, non dicatur, si per ipsam nõ steterit, quominus illius vxor fiat, ueluti tradit Bened.super c.Rainutius in verbo cuidam Petro tradiderũt nu.3. de test. cum quibus non inconueniunt notata per Ceph. in cons.5.nu.68.& aliquot sequentib. & quadrare his multum tex. videntur in l.Labeo scribit ff. de contrah. emp. in l. si post diem vers.si qua conditio ff.quando dies legati cedat, in l. in iure ciuili, ff. de reg. iur. in l. tutor pro pupillo post princ.ff.de admin.tutor. & alia vulgatissima iura, quorũ in pulchris casibus meminit Cephal.in cons.8.nu.6.et in cons.92.nu.30. Natta in cons.387.nu.5.Alcia.respon.311.nu.1.Socin. in cons.121.nu.30.lib.4.Menoc.lib.1.de Arbit. iud.q.68.nu.37.& 38.scite etiam D.Osascus de

cis.

cis.92.nu.4.& decis.98.nu.2.3.& 4.

154 *Hæc sunt amice lector, quæ in propositã quæstionem congerenda & dicenda mihi visa sunt, in quibus si quid à veritate alienum & parum probabile reperietur, aut si quis afferat meliora ille nos facile in suam sententiã adduxerit: nam veritatis ita sumus studiosi, vt dum illam sequimur, neq; pudeat retractare nostra, neq; aliena si grauioribus argumentis nitantur, nostris anteponere, erubescamus. Accipies igitur has nostras lucubratiũculas eo animi candore, qui omnibus citra ambitionem publicæ vtilitatis studiosis debetur, habebis autem etiam ætatis rationem (nondum enim attigimus quartum & vigesimum annum) & eam in alienis scriptis animi æquitatem adhibebis, quam in tuis experiri uelis: si quid erit non satis elaboratũ, aut si quid ætatis feruor non satis considerate effuderit, sperabis id nobis accidere posse, quod plantis contingit, quarum primi fructus acerbi, tempore tandem euadunt mitiores. Quod si eueniet nobis, ut iuuenilia errata ingrauescentis ætatis maturiore iudicio emendanda sint. facile nos magnorum uirorum exempla tuebuntur, quos non puduit, in melius mutare sententiam l. diui fratres ff. de*

iure patron. quod quidem maiores nostri sapientis esse iudicarunt, Accur. in l. nonnunquam in uerbo mutantis uoluntatem ff. de collatio. bonorum. Iuuenile hoc quidem opus esse non ignoramus, sed fecere idem alij, ijq; non uulgaris notæ uiri, nimirum quod eruditio incrementum celeriter capere, non consueuerit, l. milites la 2. C. de re milit. lib. 12. & l. legatis seruis §. ornatricibus ff. de lega. 3. Ideo testatur Paulus Apostolus, se puer cum esset, pueriliter egisse et scriptũ Baldus reliquit, se cum iunior esset consuluisse ut iuuenem. Et quemadmodum Tironi in militia erranti aliquando parcendum lex esse duxit l. qui cum uno in fine, ff. de re milit. quippe quòd intra breue tempus ius eum militarem scientiã discere non potuisse existimet, D. Osascus decisio. 71. nu. 41. & 42. ita & mihi nouello doctori si aliquando lapsus fuero, ignoscendum, beneuolos lectores arbitraturos esse, reor. Huius autẽ operis editionem Horatij spreto consilio, nolui in nonum annum prorogare, cum ut si quid boni dixero (nullus enim liber est tam ineptus, ex quo non aliqua percipi possit utilitas, ut Plinius censuit, & lepidissime exornat Tiraq. ad secun. leg. connub. nu. 2.) quod iuris studiosis usui esse

possit,

poßit, citius de illis bene merear: tum etiam si quid erit castigādum, id mature celeriterq; possim, uel meo, uel aliorum iudicio admonitus, corrigere. Non enim alia ratione uideor, melius errores meos perspicere, & agnoscere posse, (quo nihil mihi unquam optatius fuit) quàm si doctissimi cuiusq; censuram subiero. Vale Salutijs Calendis Decembris 1569.

FINIS.